



Compendio de Historia Palentina



Geometriae
liber primus
De sectionibus
conicis
liber secundus
De sectionibus
conicis
liber tertius
De sectionibus
conicis



REGVLAE, PECCATVM.

de regulis Iuris lib. 6. Relectio: Autore

Didaco Couarruias à Leyua Toletano,

Auditore in Granatenfi Præ-

torio Regio.

AD ILLVSTREM ADMODVM AC REVE-
rendissimum. D. Dominum Ioannem Fernandum
Teminium Legionensem
Episcopum.



SALMANTICAE

Apud Andream à Portonariis.

M. D. LIIII.



Licencia.

Denos el Licenciado Christoual Gutierrez de Moya Prouisor Official y Vicario General en lo spiritual y temporal en la muy noble ciudad y Obispado de Salamanca por el muy illustre y Reuerendissimo Señor don Pedro de Castro Obispo de Salamanca del consejo de su Magestad y capellan mayor del Principe nuestro Señor &c. Por la presente damos licencia a qualquier impressor desta ciudad de Salamanca para que pueda imprimir y imprima vna Repeticion del Capitulo, Peccatum. de regulis iuris, libro sexto. que ha compuesto el muy magnifico Señor Doctór Couarruias de Leyua Oydor del consejo de su Magestad en la chancilleria Real de Granada, por quanto por nos ha sido vista y examinada sin que por ella los tales impressores incurran en pena ni sentençia alguna. fecha en Salamanca a siete de Iulio año de mil y quinientos y cinquenta y tres Años.

El Licenciado de Moya.

Por mandado del señor Prouisor.
Antonio Perez
Notario.

AD ILLVSTREM AD- modum ac Reuerendissimū. D. Dominum

Ioannem Fernandum Teminium, Legionensis Ecclesiae Antistitem dignissimum, Didaci Couarruias à Leyua Toletani in Granatensi Prætorio Regij Consiliarij, in Regulæ, Peccatum: Cõmentarios Præfatio.



Optaueram maximè, admodū Illustris, ac Reuerendissime Præsul, inter tot iuris vtriusq; professionis labores, eosq; indefessos, te iam diu moribus, prudentia, & reip. singulari regimine, toto in Hispaniarum Principatu insignem, vel exiguo munere: nec enim magnū, nisi animū spectes, à me prodire potest: incunctatè adire. Urgebat fanè hoc ipsum cogitantè domus illa Salmanticèsis, tuū, & similium virorum causa toto penè orbe celebratissima, quæ me sub Maximi Saluatoris tutela ita fouerit, vt planè ipse absq; graui prodicionis nota diffiteri non valeam, qualescunq; meos in hac iuris disciplina conatus tribuendos fore. His accedebat, quòd multis argumentis compertum satis haberem, quanta in me tibi è conspectu ignotum hominem, nec vllis quidem obsequiis demerentem, semper vsus fueris beneuolentia. Sed & cunctantem impedièbat, quòd nequâquam te ipsum interpellare his leuibus negotiis auderem: te, inquam, magnæ diocesis tunc curæ incumbentem, & Tridentinæ Synodi deinde actionibus satis æquè, ac piè: grauioribus nempe reipublicæ deliberationibus occupatissimum. Is etenim palàm Christianæ religioni inuideret, qui in tanto rerum conatu, alioqui fatalibus bellorum diris, magnâ cum iactura intercepto, Præsulem infracto animo œcumenicis Christiani orbis causis studium, vel corporis, atque animi vires exhibentem, vel breuis libelli, eiusq; facili lectione, à cõtina suscepti muneris cogi-



tatione auerteret. Verum postquam in Hispaniam, ut tibi commissum gregem salubri disciplina institueres, tot undique iactatus procellis, non absque graui vite periculo redisti, mihi plane videor debiti muneris officium cum egregia honoris, ac nominis iactura paulo negligentiore exequi, nisi tot omnifaria titulis Antistite ornatissimum, alicuius operis nuncupatione salutauero. Nam & praeter dedecoris labem, etiam sero, tua tamen comitate, atque animi cadore denique remissam, quis non vel caligantibus oculis intelliget, mihi meisque laboribus, tui numinis protectione decus maximum imminere? Olim quidem dum Salmaticae honesto desiderio, & ingenuo animo cupientis studiose iuuetuti prodesse, & placere, iuris Pontificij Regulam est diuo Aug. a Bonifacio. 8. in ordinem tituli de regulis iuris deductam, quatuor ferè mensibus ordinaria lectione interpretari nitebamur: hanc auditoribus polliciti sumus operam, ut paulo accuratius, quae tunc voce dictabamus, in breuis Relectionis Commentarios digesta, publico prelo committeretur: ne me dictate in codicillos, aut pugillaria minus distincte, & ut solet, non omnino certis, nec veris allegationibus conclusiones, questionisue referre cogerebatur. Nec tamen potuimus publico huius Regij Praetorii munere, & quarundam aliarum nostrarum Commentationum editione impediti, statim promissum exoluere, quin & ad diem hanc procrastinantes nondum eam operam praestitimus, quam te patrocinante ornatissime Praesul, etsi sero, confidenter tamen praestamus. Nam etsi nequaquam ipse tantum fauoris, & gratiae promereri possim, ut haec nostra scripta foueda suscipias, pro tuo tamen liberali cadore, quo cuiusque studiosi optimos conatus amplecteris, illud vltro mihi tribui postulabo, ut me ipsum, qui haec elaborauerim, in tua, mihi diu optatissima, clientela humanissime suscipias. Multis enim coniecturis, non suspicor, sed constanti fide copertum habeo, hoc beneficium, ingens profectò, a te mihi impetrandum fore. Quod reliquum est, optimo maximo, ac rerum omnium conditori Deo vota supplex ex animo facio, ut te moribus egregiis, eruditione insigni, & in reipublica Christianam feruentissimo zelo institutum ad multam etatem incolumem conseruet. Vale. Ex inclita Grata: Calendis Nouembribus. Anno Domini. M. D. LIII.

Loca quae ex iure & communi & Regio in hoc opere explicantur notabilius.

Ex Iure Regio.

Leges prohibentes uxorem contrahere sine licentia mariti. fol. 34. col. 2. num. 10.
L. Caroli V. de ludentibus pecunia credita. folio. 8. col. 2. versi. ego sane.
L. 9. & 10. titu. 10. libr. 6. ordinat. fol. 43. colum. 2. versi. sic regia.
L. 10. de las Alcaualas. fol. 43. col. 3. versi. Tertiò.
Leges venationem prohibentes. foli. 55. colum. 4. versi. Secundò.
L. 16. tit. 28. part. 3. fol. 56. col. 4. num. 6.
L. penult. tit. 8. part. 5. fol. 85. col. 1. num. 8.
Leges de rebus incertis, quae Mostrencas appellantur vulgò. fol. 93. col. 4. num. 5.
L. 7. titu. 12. libr. 6. ordinat. de thesauris loquens, de fenditur. fol. 96. col. 4. num. 4.

L. Item si fundi. §. aucupiorum. ff. de usufruct. fol. 62. colum. 1.
L. si quisquam. ff. de diuers. & temp. praescript. fol. eod. colum. 2. num. 10.
L. quemadmodum. §. plane. ff. ad legem Aquil. fol. 62. col. 3. num. 12.
L. si iactum. ff. de act. empt. fol. 63. colum. 1.
L. 3. §. item feras. ff. de acquir. possess. fol. 65. colum. 2. & per totum. §. & sequen.
L. deprecatio. ff. ad legem Rhod. fol. 69. col. 4. §. feruitus. Instit. de iur. person. folio. 81. colum. 1. versi. quarto.
Princip. Instit. de libertin. in fo. 80. col. 4.
Auth. omnes peregrini. C. commu. de subuers. fol. 92. col. 1. num. 2. & fol. 93. col. 3. num. 4.
L. 3. §. si in locis. ff. de iur. fisci. & §. thesaurus. Instit. de rer. diuis. fol. 95. col. 3. num. 3.

Ex iure Ciuili.

L. Si vindicari. C. de pen. fol. 8. col. 4. nu. 5.
L. 1. ff. de furt. fol. 17. col. 3. num. 1.
L. si vendidero. §. cum raptor. ff. de furt. fol. 18. col. 3. versi. ex hac.
Princip. Instit. de vi bon. rapt. fol. 18. colum. 3. versi. ex hac etiam.
L. 4. §. sed quod meretrici. ff. de condic. ob turp. caus. fol. 23. col. 4. num. 1. & fol. 27. col. 3. nu. 6.
L. Lucius. ff. de iur. fisci. fol. 26. col. 1.
L. 2. ff. de condic. ob turp. caus. fol. 29. col. 4.
L. 4. §. si tibi indicium. ff. de condic. ob turp. caus. fol. 30. col. 3.
L. solent. ff. praescript. verb. fol. 31. col. 4. nu. 4.
L. fin. §. diui. vltimo. ff. de Publican. fol. 43. col. 2. versi. secundo.
L. in refurtiua. ff. de condic. furti. folio. 45. col. 2. num. 2.
L. ex argento. ff. de condic. furti. folio eodem, colum. 4. ad finem.

Ex iure Canonico.

C. Officij. de poeni. & remis. fo. 4. co. 2. & seq. colum. 3. versi. illud sane. & deinceps.
C. 2. de nou. oper. nunt. fo. 8. col. 3. versi. septimo.
C. nihil cum scadalo. de praescript. fol. 9. co. 3. nu. 6.
C. consuluit. de vsur. fol. 17. col. 3. num. 1.
C. poenale. 14. q. 5. fol. 18. colum. 4.
C. si quis propter necessitatem. de furt. foli. 19. colum. 4. versi. hinc vera.
C. Veniens. de simon. fol. 29. col. 2. num. 8.
C. 1. & 2. de adult. fol. 33. col. 3. versi. sexto.
C. 3. de iur. patronat. fol. 48. col. 3. nu. 4.
Titul. de cleric. venat. fol. 55. col. 4. num. 3.
Extrauag. 2. de simon. int. comm. fol. 57. col. 3.
Extrauagan. Vnam sanctam. de maiorita. & obedientia. inter comm. fol. 73. colum. 1. versi. tertio.
Glossas aliquot explicatas vide in litera. G. j. in indice istius relectionis.



Index rerum maximè notabilium, quæ in hoc opere tractantur.

A



Acceptio iniusta producit obligationem restitutionis. fol. 14. colum. 2. numero. 2.

Acceptum ratione necessitatis extremæ, restituatur, si accipiens ad pinguiorem peruenit fortunam. folio. 20. colum. 2. versi. quid tamen.

Accipere an possit quis aliquid eius nomine, quod ex præcepto facere debemus aut officio. fol. 32. col. 4. nume. 6.

Actiū scandalū dupliciter contingit. fol. 5. col. 2.

Actus omninò mali non permittunt ob euitandum scandalum. fol. 8. col. 3.

Actiō quæ dicantur. fol. 93. col. 4. num. 5.

Adquisita per metum etiam leuem, sunt in animæ iudicio restituenda. fol. 33. col. 2. num. 7.

Adquisita ex contractu, qui restitutione rescindi potest, an debeant in conscientia restitui. folio. 33. col. 4. num. 8.

Adquisita ex contractu, vel electione defecta solennitate iuris, restituenda sunt in anima. folio. 34. colum. 1. versi. nono. nume. 9.

Adquirens aliquid ex ludo, non tenetur ante condemnationem id restituere. fol. 35. col. 4.

Adultera, quæ ex adulterio peperit, an teneatur id marito detegere? fol. 3. col. 4. num. 3.

Adultera an teneatur spurio filio detegere secretò adulterium, ut is bonis mariti abstineat. fol. 11. col. 2.

Alcauala Hispanæ quæ dicat. fol. 39. col. 4. nu. 1.

Animalia omnia propter hominem creata. folio. 54. colum. 2.

Apuestas quæ vocentur Hispanæ, esse licitas. folio. 37. col. 3. & fol. 37. col. 2.

Auxilium vel consilium præstans, quomodò teneatur ad restitutionem. folio. 86. col. 3. nu. 1.

B

Bedæ sententia de scandalo, declaratur. fol. 4. colum. 3. versi. illud. & sequen.

Bartoli in l. quæro. ff. de actionib. empt. decisio examinatur. fol. 36. col. 4. vers. Hinc pulchra.

Bartol. intell. in l. 1. §. per hanc. ff. de reuendicat. fol. 73. col. 4. nume. 8.

Bellum iustum fit ex autoritate indicentis & aliis causis. fol. 65. col. 4. nu. 2. & 3.

Bellum triplex. fol. 76. col. 4. versi. cæterum.

Bellum an possit esse vtrinq; iustum. fol. 78. colum. 2. nume. 6.

Bonorum celsio, an habeat in foro conscientie priuilegium, vt cedens pinguiorem nactus fortunam, deductis alimentis, soluant. folio 3. colum. 3.

C

Capta per venationem à iudice prohibitā, non sunt in animæ iudicio restituenda. fol. 56. colum. 2. nume. 4.

Capta in bello iusto, efficiuntur capientis. fol. 79. colum. 1. nume. 1. & per totum. §. maximè numero. 6.

Capti in bello inter Christianos, non efficiuntur serui. fol. 84. col. 1. nume. 6. vbi quid de captis in bello cum Turcis aut Sarracenis.

Causa sine qua non, quomodo quo ad restitutionem æstimanda. folio. 87. col. 1. num. 2.

Circumstantia temporis in virtutibus determinata non est regulariter, sed in restitutione. fol. 2. colum. 4.

Clarigationes quæ dicuntur apud antiquos. folio 67. colum. 2.

Clericus donare non potest concubinæ. folio. 25. colum. 1.

Clericis interdicta venatio est. fol. 55. col. 4. nu. 3. adquirent tñ ea quæ venati sunt. fo. eo. & nu.

Coitus tantum cõiugalis licitus est hominibus. fol. 23. col. 1.

Collatio beneficij facta simoniacè ignorati, an teneat ipso iure? fol. 58. col. 2. num. 8.

Comedens cum fure res furtiuas, tenetur ad restitutionem partis eius, quam comedit. fol. 90. colum. 2. versi. Hinc etiam.

Compositionis debitorum iustitia. folio. 93. colum. 1. num. 3.

Concubinæ donari potest, præterquam à milite & clerico. fol. 24. col. 4. num. 2.

Conferetes beneficia ecclesiastica, aliæ munerum publica indignis, tenentur ad restitutionem. fol. 47. col. 4. num. 2.

Consilium vel auxilium, quando ad restitutionem obliget in foro conscientie. f. 86. col. 3. nu. 1.

Cõtèpt' semp mortale habet culpā. fo. 41. col. 2.

Conuentio conditionalis, relata in futurum fortunæ euentum, valet. fol. 35. col. 2. num. 2.

Corrum-

INDEX.

Corrumpens virginem ad quid teneatur in animæ foro. fo. 33. col. 3. versi. sexto.

Crimina contra naturam an faciant vt iustè bellum infidelibus inferatur. fol. 77. col. 1. nu. 4.

D

Damnū quot modis inferatur. fo. 14. col. 1.

Dansiudici vt secundum se & in bona causa iudicet, an perdat litem. fol. 29. col. 4. Et quid de eo qui dedit, vt celeriter ius dicat. ur. ibidè.

Data propter turpem causam, retineri possunt, ex causa donationis liberæ. fol. 26. col. 4.

Data turpiter & ob maleficiū, an & cui sint restituenda. fo. 27. col. 4. versi. ex tertia.

Datum ob maleficiū & causam turpem, quando peti, aut econtrariò retineri possit. fol. 27. col. 3. & 4.

Datū ob causam necessariā, ad quā tenetur accipiens ex præcepto, restituendum est danti. fol. 30. col. 3.

Debitor an possit differre restitutionem, quòd creditor sit excommunicatus. fo. 13. col. 2. nu. 8.

Defendere alterū ab iniuria tenetur quis si com modo suo potest. fo. 31. col. 4. num. 4.

Dignior an sit eligendus semper, an sufficiat eligi dignum? fo. 48. col. 1. num. 3.

Dignior quis dicatur? fo. 49. col. 2. versi. dignior.

Dignus elect' omisso digniore, licitè retinet beneficium, munusue illud in cõscientia. fo. 49. col. 3. versi. ex his autem.

Dominium triplex. fo. 73. col. 4. num. 8.

Dominia quo iure distincta? fo. 80. col. 2.

Donatio non est vbi qui accipit putat sibi debitum dari: etiam si donans secus existimet. fo. 14. colum. 4.

Donare quis non tenetur, etiam extremè indigenti. fol. 20. col. 3.

Donari potest meretrici & concubinæ, præterquam à milite, minore, & clerico. fol. 24. col. 4. num. 2.

Dubitans rem furtiuam esse, an possit eam emere. fol. 90. col. 4. num. 4.

E

Elemosyna non est propter euitandum scandalum omittenda, in graui necessitate. fo. 7. col. 2.

Eligens dignū, omisso digniore, an teneatur ad restitutionem. fo. 50. col. 2. nume. 6.

Emptor rei furtiue, an possit illā rem post scientiā furti, furi restituere? fo. 90. col. 3. versi. tertio.

Emptor quæ? & an licitè retineantur? fo. 31. col. 3.

Excommunicari nemo potest, nisi pro mortali culpa. fo. 41. col. 4.

Excommunicatus qui non est, potest omittere

Missam diebus festis, ob euitandum scandalum. fo. 7. col. 2. versi. tertio.

F

Famæ propriæ parcendum. fol. 4. col. 3.

Famæ bonum externum. fo. 10. col. 3. versi. sede.

Famæ alienæ restitutio, quando fit cum propriæ discrimine faciendæ? fol. eod. col. 3. & fol. seq.

Fera ab vno percussa & ab alio capta cuius efficiatur? fo. 63. col. 2. num. 13.

Fictiões legis Corneliæ & postliminij, an hodie locū habeant, & in quib' captiuus. fol. 84. col. 2.

Filius non obediens patri, peccat mortaliter. fo. 40. col. 3.

Fornicatio non potest esse licita, & etiam extrema necessitatis causa. fo. 22. col. 2.

Fraudans veltigalia, aut alia iura regia, tenetur ad restitutionem. fol. 42. col. 4. nume. 5.

Fraus in ludo cõmissa, quando inducat obligationem restituendi. fol. 36. col. 2. num. 4.

Fructū restitutio qualiter & quando fit in cõscientia faciendā. fol. 46. col. 2. nu. 4.

Fructus bona fide possessoris percepti è re aliena, an sint in iudicio animæ cum ea restituendi. fol. 89. col. 2.

Functionem in genere suo recipere, quid apud iuriconsultos. fo. 89. col. 4.

Fur seu violentus rei alienæ occupator, tenetur ad restitutionem, etiam sine eius culpa re perempta. fol. 44. col. 2. nume. 1.

Et quid si eodem modo fuisset apud dominū peritura, latè tractatur ibid.

Fur & iniquus alioqui rei alienæ inuasor, an possit in animæ iudicio retinere expensas vtilis, & deducere meliorationes? fo. 45. col. 3. nu. 3.

Fur & iniquæ rei possessor, quomodo teneatur ad fructū restitutionem in animæ iudicio. fol. 46. col. 4. nume. 4.

Fur an teneatur restituere rei peremptæ æstimationem, quāti maximi fuerit. f. 45. col. 2. nu. 2.

Furtiuæ rei emptor mala fide, quomodo teneatur ad eius restitutionem. fo. 89. col. 2. num. 2.

Furtiuam rem bona fide possidens, quomodo teneatur? fol. 90. col. 2. num. 3.

Furtiuā rem emens, eo animo, vt dño reddat, an possit ab eo pretiū repetere. fol. 91. col. 2. nu. 5.

4 G.



INDEX.

G.

Gabella quid? fol. 39. col. 4.
Glo. in. c. cu tu. de v. fur. fo. 3. col. 2. verfi. hinc etiã.
Gl. in reg. q. scã dalizauerit. fo. 8. col. 1. verfi. sexto.
Glo. in. clem. 1. 5. verfi. de hæreti. fo. 16. col. 2.
Glo. in. c. poenale. 14. q. 5. fo. 19. col. 1. verfi. ab eadẽ.
Glo. in. l. 4. §. si tibi iudicium. ff. de cõdiẽt. ob turp. fo. 32. col. 4. nume. 6.
Glo. in. l. nullus. C. de Iudæis. fol. 66. col. 1.

H.

Hereticus occultus per accidens, est ex cõmunicatus ea cõmunicatione quã in hæreticos fert. fol. 16. col. 4. vbi quid de aliã mêtali.
Hispaniã reges, immunes sunt & liberi à Cæsariũ Imperio. fol. 74. col. 2. nume. 9.
Homo non venit fructuum appellacione. fol. 21. col. 2. nume. 6.
Humana constitutio non potest punire actus interiores mentis. fol. 16. col. 1. nume. 7.
Humana potestas à diuina deriuat. fo. 40. col. 2. nume. 3.
Humana lex potest prohibere aliqua, quã licita videntur iure natura. fol. 55. col. 1. & fol. 56. col. 4. nume. 6.
Humana lex potest ex aliquibus causis, dominia priuatis auferre. fo. 94. col. 2. vid. verb. lex.

I.

Idololatria an sit iusta causa bellum cõtra idololatrias gerendi. fol. 77. col. 3. nume. 5.
Impediens alicui beneficium aut aliud munus, lucrumue conferri, an teneatur ad restitutionem? fol. 52. col. 4. nume. 8.
Imperator an sit toti? mudi dñs. fo. 68. col. 1. n. 5.
Incerta res, vide, res incertã.
Indicij furis, aut furti gratia, an quid accipi possit? fol. 32. col. 2. num. 5.
Indignis conferentes beneficia munerãue, tenentur ad restitutionem. fol. 47. col. 4. nume. 2.
Infamare seipsum nemo tenetur. fo. 10. col. 4. verfi. ficulo, tertio.
Infidelitas an sit iusta causa belli inferendi. fol. 75. col. 1. nume. 1.
Infidelitas non priuat dominio rerum, nec iure naturali, nec diuino. fol. eodẽ. col. 4. nu. 2.
Infideles quatuor de causis possunt bello vexari. fol. 76. col. 3. num. 3. & sequen.
Iniqui rei alienã possessores, quomodo teneantur ad fructuum restitutionem in conscientia? fol. 46. col. 4. nu. 4.
Innocentem occidere non licet, propter euitandũ scandalũ. fo. 7. col. 2.
Iniustus rei alienã occupator, tenetur in ani-

ma iudicio ad restitutionẽ, etiã sine eius culpa re perempta. fo. 44. col. 2. nu. 1. vbi & quid si fuisset eodẽ modo apud dominũ peritura.
Inuenta res restitui debent. fol. 91. col. 4. num. 1.
Inuentionis præmia, an rectẽ accipiantur? fo. 31. col. 3. num. 3.
Iudex tenetur restituere quod acceperit, etiam ob iustam sententiã. fol. 29. col. 4. num. 1.
Iudex põt pro labore aliqd accipere. fo. 30. col. 2.
Iure naturali illicita & diuino, an possint aliqua ratione fieri licita? fol. 22. col. 3. num. 7.
Ius naturale, an possit tolli in totũ, aut in partẽ? fol. 79. col. 3.
Ius naturale positium & negatiũ. fo. 80. col. 3.
Ius gentium qua ratione à naturali distinguitur. fo. 81. col. 3. nume. 4.
Iustitia cõmutatiua & distributiua differũt. fol. 47. col. 3. numero. 1.
Iustitiã mercedẽ q̄rere, turpissimũ est. f. 30. col. 3.
Iustum bellũ quod sit. fo. 65. col. 2. per totum fere. §. & sequentem etiam.

L.

Legẽ poenale, non esse in animã iudicio seruanda, quomodo accipiendũ. fol. 56. col. 4. & sequ.
Legislatores de iure fere, nõ de facto respondet. fol. 68. col. 2.
Legislatoris humani authoritas, ad ea tantũ porrigitur, quã ex sua possunt natura apud exteriorẽ iudicem probari. fol. 16. col. 1. nu. 7.
Lex iusta, vt in foro iudiciali, ita & in conscientia, ferẽ est seruanda. fol. 34. col. 3.
Lex humana aliquid præcipiens, & poenam imponens trãsgressori temporalem, an obliget ad mortalem culpã, aut venialem. fol. 40. col. 1. num. 2. & 3. vide, humana lex.
Lex siue diuina siue humana sit, nõ semper obligat ad mortalem culpam. fol. 41. col. 1.
Lex purẽ poenalis, an ex seipsa inducat obligationem, ad culpam mortalem aut venialem. fol. 42. col. 1. verfi. hinc constat. nu. 4.
Libertas quomodo iuris naturalis. fo. 80. col. 3.
Ludo etiam illicito quã sita, non sunt in animã iudicio restituenda. fol. 34. col. 4. nu. 1. & sequ.
Ludi prohibitio, non impedit acquisitionẽ eorum, quã ludo apponuntur. fol. 35. col. 3.
Ludi legibus vti, licitum est. fol. 36. col. 2.
Ludentes habere debent rerum liberam administrationem. fol. 36. col. 3. verfi. deinde.
Ludendo quis sit sevinci & peiore conditione esse, potest simulatẽ augere sponsonem, vt alterum deterreat. fol. 37. col. 2.
Ludere secum inuitum cogẽs, tenetur ad restitutionẽ. fol. eod. col. 3. num. 7.

Ludens

INDEX.

Ludens pecunia cõdita, an teneatur colludenti soluere quod amiserit. fol. 37. col. 4. nume. 8.
Luxuria quid. fol. 84. col. 1. num. 6.

M.

Meliorationes in re ablata factã, an sint à fure in animẽ iudicio deducendã. fo. 45. col. 3. nu. 3.
Meretrix potest petere in foro exteriori mercedem sibi promissã. fol. 23. col. 4. nume. 1.
Meretrix & concubina donari potest, præterquam à milite & clerico. fo. 24. col. 4. num. 2.
Meretrix retinere potest, quod datum sibi fuerit, etiam sine donatione. fo. 26. col. 4. num. 4.
Metus etiam leuis, obligat ad restitutionem in anima. fo. 33. col. 2. num. 7.
Miseria quid, & an licitẽ retineantur? fo. 31. col. 3.
Miles & minor, an possint donare concubinã. fo. 25. col. 1.
Moroso semp imputatur rei interit. f. 44. col. 3.
Mortis poena in lege Mosãica, nõquam est, nisi pro mortali culpa cõstituta. fo. 40. col. 3. & fo. 41. col. 4.
Monacha non tenetur restituere, quod ob incestum acceperit. fol. 26. col. 3.
Mulier etiam occultẽ copiã sui faciens, nõ tenetur restituere, quod acceperit. fo. 25. col. 4. n. 3.
Mulier etiã nupta, non tenetur restituere quod ratione adulterij acceperit. fol. 26. col. 3.
Mulieri, cum qua quis adulterium incestumue cõmisit, donare non potest. fo. 25. col. 1.

N.

Necessaria ad salutẽ, omitti nõ debent, propter euitandum scãdalum. fo. 7. col. 1. verfi. primũ.
Necessitas extrema excusat à restitutione. fo. 3. col. 1.
Necessitas extrema facit, vt liceat alienas res vsurpare sine vitio furti. fo. 19. col. 2. num. 3.
Necessitas extrema quã sit. fo. eod. col. 4. verfi. necessitas autem.
Necessitas extrema non excusat à peccato fornicationis, & qua causa. fo. 21. col. 1. nu. 5.
Necessitatis extremã famis causa, potest pater filium vendere, fol. eod. col. 3.
Nemo est dominus membrorum suorũ. fol. 23. col. 4. num. 1. & fol. 25. col. 3.
Nupta non tenetur restituere quod pro adulterio pretium ceperit. fol. 26. col. 3.

O.

Obligatus ad solutionem, intra quod tẽpus cõpellatur soluere. fo. 2. col. 3.

Occasio ruine & peccati potest præberi duplici ter. fo. 6. col. 1. verfi. quarto.
Occidens alterum quid debeat restituere in anima foro? fo. 33. col. 4. verfi. septimo.

P.

Parasitorum, ars quatenus licita. fo. 27. col. 2.
Partus ancillarum, non sunt in fructu. fo. 21. col. 2. num. 6.
Passiuum scandalum seu acceptum. fo. 6. col. 3. verfi. est & aliud.
Pater potest vendere filiũ ob famẽ. fo. 21. col. 3.
Pater ex lege regia, meliorans filium indignũ, aut minus dignũ, an peccet. fol. 51. col. 3. nu. 7.
Patronus tenetur digniorem presentare Episcopo ad bñficiũ institutionẽ. fo. 49. col. 4. nu. 5.
Paupertas excusat à præsentĩ restitutione. fol. 2. col. 4. num. 2.
Pauperibus an & quo iure sit facienda restitutio. fo. 15. col. 4. & fol. 92. col. 2.
Percutiens alterum, restituere tenetur damnum percussiois. fo. 33. col. 4. verfi. septimo.
Pignorationes. fo. 67. col. 2.
Piscationis & venationis materia. fo. 54. col. 1. & sequen. per totum. §.
Piscatura & venationis interesse dari potest. fo. 62. col. 3. nume. 12.
Piscatoris & venatoris percussio operã æstimari possunt & debent. fo. 63. col. 2.
Piscina, quid? fo. 64. col. 4.
Plures dantes causam damno, quomodo teneantur. fol. 87. col. 3. & col. 4. num. 3.
Pluribus concurrentibus in furto, si vnus restitueret in solidum, an teneantur reliqui ei satisfacere pro virili? fo. 87. col. 4. num. 4.
Poenalem legem non esse in animã iudicio seruandam, quomodo sit accipiendum. fol. 56. col. 4. cum sequen.
Pontifex Romanus an habeat potestatem temporalem? fo. 72. col. 1. & 2. num. 7.
Potestas humana à diuina deriuatur. fo. 40. col. 2. nume. 3.
Potestatis tẽporalis & spiritualis differẽtia. f. 70. col. 3. verfi. quarto. & fo. 71. col. 2. num. 6.
Præcepta Decalogi, qua ratione immutabilia sunt, qua mutabilia. fo. 8. col. 1. & 2.
Prælati an possint omittere rerum ecclesiasticarum repetitionem, ob euitandum scãdalum. fo. 9. col. 3. num. 6.
Principes an possint prohibere venationẽ. fo. 54. col. 1. num. 1.
Princeps potest priuilegium concedere alicui, vt solus is in aliquo loco venetur pisceturue. fol. 62. col. 3.

Princeps



INDEX.

Princeps non habens superiorem, potest bellū indicere suo iure. fol. 56. col. 3. num. 1.
Privatus potest sibi facta in iniuriā vlcersi, si nō sit facultas iure experiundi. fol. 66. col. 1.
Prohibentes venationem, tenentur ad damnum, quod ex multitudine animalium vicinis obuenit. fol. 62. col. 1. num. 11.
Promissum ob maleficium, peti non potest. fol. 23. col. 4. & fol. 25. col. 3.
Promissum parasito ob alapas verberaue, an debeat solui? fol. 27. col. 1. num. 5.
R.
Rapina quid? & an à furto differat specie? fol. 18. col. 2. num. 2.
Rebellio est iusta belli gerendi causa. fol. 66. col. 2. num. 4.
Represalia an & quo iure permitti possint. fol. 67. col. 1. vers. hinc deniq;.
Remissio libera vsurarum iam solutarū, liberat ab obligatione restituendi. fol. 15. col. 3. num. 5.
Rei alienæ ratione tenetur quis ad restitutionē. fol. 89. col. 1. num. 1.
Res debita vt communis, non est propriè ac vere debita. fol. 51. col. 1.
Res bello iusto captæ, cui quaerantur? fol. 84. col. 3. vers. res autem.
Res bello receptæ, an sint prioribus dominis restituendæ. fol. 84. col. 4. nu. 7.
Res inuenta si aliena sit, restitui debet. fol. 91. col. 4. num. 1.
Res inuenta pauperibus sunt restituendæ, si dominus non apparet. fol. 92. col. 1. num. 2.
Res incertæ an sint pauperibus restituendæ? & an possint earum possessores à restitutione liberari per principem? fol. 93. col. 1. num. 3.
Restitutio alieni quàm sit necessaria? fol. 1. in præfat. & fol. 2. in princip.
Restitutio statim fieri debet, congruo videlicet loco & tempore. fol. 2. col. 1.
Restitutio quibus ex causis differri possit. fol. eodem, col. 4.
Restitutio cuius expensis faciendæ est. fol. 12. col. 4. num. 7.
Restitutio an differri possit, quia creditor sit excommunicatus. fol. 13. col. 2. num. 8.
Restitutio quid sit? fol. 13. col. 4. num. 1.
Restitutio, quot quasq; radices habeat. fol. 14. col. 1. vers. restitutio.
Restitutio an & quo iure sit faciendæ pauperib?. fol. 15. col. 4. num. 6.
Restituendæ alienæ rei nomine, an aliquid capi possit. fol. 31. col. 3. num. 3.
Restituere an teneatur is qui non defendit ab

iniuria alium, cum possit. fol. 32. col. 2. num. 5.
Restitutio ludo quaesitorum, humana lege statuta, cōsuetudine tolli potest. fol. 36. col. 1. nu. 3.
Restitutionis obligatio, non procedit à distributua iustitia. fol. 51. col. 1.
Romanus Pontifex. vide, Pontifex.
S.
Scandalū, quid significet. fol. 4. col. 3. vers. illud. & col. 4. num. 4. vbi latè eius materia tractatur.
Scandalum est duplex, actiuum scilicet & passiuum: seu acceptum & datum. fol. 5. col. 1.
Scandali peccatū, quādo mortale, quādo veniale crimē sit. fol. 5. col. 3. & fol. 6. col. 1. vers. quinto.
Scandali rōe quæ sint omittēda. fol. 7. col. 1. & seq.
Scandalū malitiosum nō est cōsiderādū. fol. 9. col. 3.
Seruitus quo iure sit inducta. fol. 79. col. 2. num. 2. & sequen.
Seruitutem aliquam esse iuris naturalis. fol. 83. col. 1. num. 5.
Seruus à domino fugiens peccat mortaliter. fol. 81. col. 3.
Simonia qualiter impediatur acquisitionem beneficij. fol. 57. col. 2. vers. sic qui. num. 7.
Simonia cum ipso Rom. Pōtifice commissā, an censeantur poenæ remissæ. fol. 6. col. 2. nu. 9.
Sponsiones, quas Hispani apuestas dicunt, esse licitas. fol. 35. col. 3.
Sponsionem augēs certus de victoria, an possit retinere eo modo quaesita. fol. 36. col. 4. vers. hinc pulchra. num. 5.
Stagna quæ. fol. 64. col. 4.
Statim deberi cētum, & statim restituenda esse, non est idem. fol. 2. col. 2.
Summus Pontifex an habeat temporalem iurisdictionem? fol. 72. col. 2. num. 7.
Sumpt? in re ablata aut aliàs aliena facti, an debeat in animæ iudicio deduci. fol. 45. col. 3. nu. 3.
Superioribus non est obediendum cum scandalo. fol. 8. col. 4. num. 5.
Superioris præceptum, in dubio præsumitur iustum. fol. 9. col. 3.
T.
Tabelliones & alij officiales publici, quid possint accipere. fol. 31. col. 2.
Testis pro testimonio dicendo, pretium accipere non potest. fol. 31. col. 1. num. 2.
Thesaurus quid, & vnde dicatur? fol. 95. col. 2. nu. 1.
Thesaurus ad quem pertineat. fol. 95. col. 2. nu. 2.
Thesaurus in loco sacro, aut religioso inuentus, cuius sit. fol. eod. col. 3. num. 3.
Transitus innoxius negari non debet: alioquin iustè bellum infertur prohibēti. fol. 66. col. 4. vers. quinta.
Vestigal

Vestigal

INDEX.

V.
Vestigal quid? fol. 19. col. 4. num. 1. & ibi de eius solutione omittā.
Vestigal fraudas, tenetur ad restitutionem. fol. 22. col. 4. num. 5.
Vestigalia iniuste indicta, non soluta, in iudicio conscientia restitui non debent. fol. 43. col. 4. vers. quod si.
Venatio an possit per principes prohiberi. fol. 54. col. 1. num. 1.
Venatione ad tēpus prohibita, aut propter venatorem, quaesitum ex ea non est in conscientia restituendum. fol. 55. col. 3. num. 2.
Venatio interdicitur clericis, & laicis etiam tempore festo. fol. 55. col. 4. num. 3.
Venatus iudice prohibente, sua efficit quæ ceperit, nec restituere tenetur in animæ iudicio. fol. 56. col. 2. num. 4.
Venator ingressus fundum priuati prohibētis, acquirit sibi quæ capit, licet faciat illi iniuriā. fol. eodem, col. 2. vers. quarto. & num. 5.
Venator tenetur ad restitutionem damni illati agro alieno & ei? dño. fol. 62. col. 2. vers. ptereā.
Venationis & piscaturæ interesse dari potest. fol. eod. col. 3. num. 12.
Venatoris & piscatoris percussæ operæ, debent & possunt aestimari. fol. 63. col. 2.
Venatus propria alicuius animalia, tenetur ad eorum restitutionem. fol. 63. col. 3. num. 14.
Venditor sciens deminutionem valoris rei venditæ, an teneatur ad resarciendum emptori

damnum ob eam rem datum. fol. 37. col. 1.
Veritas triplex, vitæ, iustitiæ, & doctrinæ, omittenda non est propter scandalum passiuum. fol. 6. col. 4.
Veritas disciplinæ non est omittēda propter euitandum scandalum. fol. 7. col. 1. vers. primū.
Verum quod dicatur. fol. eod. & col.
Viatoribus quomodo liceat vvas ex alienis vineis decerpere. fol. 19. col. 4.
Vindicatio iniuriæ iniquissimè illatæ, est iusta belli causa. fol. 66. col. 1.
Virginem corrupens, quid restituere debeat in foro animæ. fol. 33. col. 3. vers. sexto.
Viuaria, quæ. fol. 64. col. 4.
Vsurarius qui propter extremā inopiam, semel ab restitutione liberatus est, an teneatur restituere non deductis alimētis, pinguiorem adeptus fortunam? fol. 3. col. 3.
Vsurarius, qua ratione teneatur ad restitutionem. fol. 14. col. 3. num. 3.
Vsurarius mētalis an teneatur ad restitutionē ei?, quod sine vlla pactiōe accepit. fol. 14. col. 3. nu. 4.
Vsurarius mētalis, non aliter cogitur ad restitutionem in exteriori foro, quam in interiori. fol. 17. col. 1. num. 8.
Vsurarius mētalis nō est, qui mutuatur spe percipiendi aliquid à debitore liberè, etiā alioquin non mutuaturus. fol. 17. col. 1. vers. vltimo.
Vxor contractus sine licētia mariti factus, an in animæ iudicio valeat. fol. 34. col. 2. nu. 10.
FINIS.

Errata quæ diligentia à nobis in corrigendo adhibita vitare non potuimus, sic reponantur.

Fol. 9. col. 2. linea ab imo. 4. legito, subditorum.
Fol. 10. col. 3. linea ab imo. 17. connumeratur.
Fol. 11. col. 1. linea à sum. n. debitor.
Fol. 21. col. 4. linea ab imo. 17. huic.
Fol. 27. col. 2. lin. ab imo. 8. etiam.
Fol. 29. linea vlti. 2. col. adhuc.
Fol. 32. vlti. lin. cautè circa.
Fol. 34. col. 1. vers. nono, deest in margi. nu. 9.
Fol. 36. col. 4. vers. hinc pulchra. defunt. n. 5. & 6.
Fol. 38. col. 3. linea ab imo. 13. vt.
Fol. 46. col. 1. vers. ab imo. 13. illæso.
Fol. 47. col. 1. lin. ab imo. 13. l. si nauis.
Fol. 48. col. 2. linea ab imo. 14. elegant.
Fol. 51. col. 3. vers. ab imo. 6. textum.

Fol. eod. col. 4. lin. à sum. n. crediderim.
Fol. 54. col. 2. linea ab imo. 12. inter.
Fol. 56. col. 4. vers. à sum. primo, teneant.
Fol. 58. col. 2. lin. à sum. 14. tractatui.
Ibidem lin. ab sum. 18. disputationis.
Fol. 62. col. 1. lin. ab imo. 10. egressa.
Fol. 64. col. 1. lin. ab imo. 6. caperet.
Fol. 66. col. 3. lin. à sum. 10. constringit.
Ibidem dele nu. 5. in margine superflue positū.
Fol. 8. col. 1. linea. t. Angel.
Ibidem linea à sum. 16. cognitum.
Fol. 92. col. 3. linea à sum. 10. etiam.
Fol. 93. col. 1. linea à sum. 14. restituenda.



Huius relectionis

Summa.



RIMA pars tractat aliquot causas, quibus quis a restitutione statim faciēda excusatur.

SECUNDA pars radices restitutionis expendit: de q̄p̄ vsuris restituendis agit.

§. Primus, de restitutione, quæ a furti crimine procedit, latè differit.

§. Secundus, Querit de obligatione restituendi, ea quæ data sint meretrici, vel alterius turpitudinis ratione.

§. Tertius. In hoc examinatur obligatio restituendi ea, quæ alicui datur, vt iustam sententiam ferat: rem inuentam domino restituat: vel ob agendum id, quod gratistenebatur facere. aliaq̄ traduntur de contractibus, qui vel rescindi possunt ex beneficio ætatis, vel ratione metus, vel ex defectu solennitatis legalis.

§. Quartus, de acquisitis per ludum illicitum.

§. Quintus, de Gabellis, & vestigalibus, an in foro animæ soluenda sint.

§. Sextus, an ratione acceptationis iniquæ teneatur quis ad restitutionem re ipsa extincta.

§. Septimus, An ratione iustitiæ distributiæ teneatur quis ad restitutionem?

§. Octauus, de his quæ per venationem acquisita sunt.

§. Nonus, tractat de iustitia, & in iustitia belli.

§. Decimus de bello aduersus infideles, an id iustum sit?

§. Vndecimus de rebus in bello captis, & de seruitute personarum iure belli inducta.

§. Duodecimus, de consilio, auxilio, vel fauore, quando ex his oritur obligatio ad restitutionem?

TERTIA relectionis pars: de restitutione, quæ ratione rei inducitur: & de emptore furtiæ rei.

§. Primus, de rebus inuentis, cui sint restituendæ?

§. Secundus, de Thesauris qualiter sint in animæ iudicio diuidēdi.

Proœmium.

Regule Juris Pontificii, quæ inter alias

verè primatum obtinet, cuiusque initium est:

Peccatum non dimittitur in

tres partes diuisa

Relectio.



DIuus Augustinus celebratissimus ecclesiæ doctor, quo inter tot præclarissima sanctimonie, & eruditionis testimonia, Christianam plebem erudiret: nè proximus iniuria, aut damno affectus, lesionem aduersus institutã Christo Iesu, & natura ipsa charitatem, patiatur, in Epistola ad Macedonium. 54. maximo conatu admonet, ea quæ fraude, dolo, vi, vel scelere quæsitæ sint, omnino fore restituēda: comminatus alioqui peccatum non dimitti. Nam cum & iustitia ipsa, quæ potissima moralium virtutum est, manifestè violetur cum quis proximo damnum intulerit: palã consequitur, peccatum istud minimè dimitti, nisi damni illati compensatio fiat: aliter etenim non seruatur ipsius iustitiæ lex. Si enim res aliena, inquit Augustinus, propter quam peccatum est, cum reddi possit, non redditur, non agitur pœnitentia, sed fingitur: si autem veraciter agitur, non remittetur peccatum, nisi restituatur ablatum. Hactenus Augustinus, cuius verba à Gratiano referuntur in capit. primo. 14. quæst. 6. à summis Pontificibus in dict. regul. peccatum. de regul. iur. in sexto. & in ca. cum tu. de vsuris. Huius sanè regulæ interpretationem aggressurus, eam distribuendam esse in tres partes operę præcium duxi. Primum equidē de restitutione quædam generaliter adnotabimus: deinde secunda parte regulam quandam constituemus, ex eaq̄ plurima ad hunc tractatū pertinentia statim exponentur. Tertio denique loco alteram regulam, quo restitutionis vis apertiùs tradatur, itidem cum aliquot illationibus subiiciemus. Qua in re & si à Theologis, qui tractatum istum radicitus conati sunt explicare, multa sint à nobis mutuanda: iuris tamen vtriusque decisiones passim in medium adducemus: quippe qui opinemur ex eis potissimum restitutionis obligationem vel probari, vel induci: præterquã quòd ea iuris naturalis rationem habet ab æqualitate, quæ iustitiæ virtuti propriè conuenit. Censet itaque Augustinus, non esse veram, nec perfectam

Afectam



Prooemium.

fectam peccati poenitentiam absque illati damni restitutione. Cui accedit pulchra Iuriconsulti sententia. in. l. nam hoc natura. ff. de cond. n. de. Nam hoc, inquit, natura equum est, neminem cum alterius detrimento locupletiolem fieri. Sic & Cicero libr. tertio de officiis, inquit, Nam ut sibi quisque malit quod ad usum vite pertineat, quam alteri adquire re concessum est, non repugnante natura. Illud natura non patitur, ut aliorum spoliis nostras facultates, copias, opes augeamus. Nec vero hoc solum natura: id est, iure gentium: sed etiam legibus populorum, quibus in singulis ciuitatibus res publica continentur, eodem modo constitutum est, ut non liceat sui commodi causa nocere alteri. Hoc enim spectant leges, hoc volunt, incolumem esse ciuium coniunctionem, quam qui dirimunt, eos morte, exilio, vinculis, damno coercet. Atque hoc multo magis efficit ipsa nature ratio, que est lex diuina, & humana, cui parere qui velit, omnes autem parebunt qui secundum naturam uere uolunt, nunquam committet, ut alienum appetat, & id quod alteri detraxerit, sibi assumat.

Haetenus

Cicero.

(C)

Relectionis.

Ex prima relectionis parte.

- 1 Restitutio statim fieri debet, congruo tamen loco & tempore.
- 2 Pro parte inopia excussatur quis a restitutione. & ibi intelligi glo. in capit. cum tu. de usuris.
- 3 Traditur late intellectus ad textum, in cap. officij. de poeniten. & remissio. de muliere adultera, an teneatur crimen detegere: ne filius spurcius alienam habeat hereditatem.
- 4 Scandali materia longe discutitur ad intellectum regul. qui scandalizauerit. de regulis iuris.
- 5 Superioribus obediendum non est quoties sequeretur alioqui scandalum.
- 6 Prelatus an possit differre bonorum ecclesie repetitionem ob uitandum scandalum.
- 7 Cuius expensis sit facienda restitutio?
- 8 An debitor possit differre solutionem, eo quod creditor sit excommunicatus.

Prima relectionis pars



VM illud certissimum sit, lege naturali, diuina, & humana restitutionem ablati necessariam esse ad peccati dimissionem: primum oportet inquirere, sit ne statim restitutio facienda? Et uidetur quod haec restitutio statim necessaria sit: nec differri possit absque peccati labe. Etenim nunquam licet nec momento temporis rem alienam Domino inuito detinere: siqui-

dem ea possessio, seu retentio peccatum est, nec unquam peccare licuit: igitur tenetur alienae rei possessor, statim rem eandem domino restituere. huic rationi accedit textus leuitici. capit. 19. non morabitur opus mercenarii apud te usque mane. ex quibus ita visum est diuo Thomae. quest. 62. articulo ultimo. Florentino. 2. parte, titulo. 2. capit. 8. in principi. Syluest. verb. restitutio. 5. §. primo. verum quo res ista commodius elucidetur adnotandum erit, non idem esse, centum aureos statim Titio deberi: & eos statim ei omnino restituendos esse.

Siquidem in omnibus obligationibus, in quibus dies non ponitur, praesenti die debetur: & statim obligatur debitor creditori. l. in omnibus. ff. de reg. iur. l. cum qui calcedis. §. quoties. ff. de verb. oblig. §. omnis. Inst. de verb. oblig. non tamen tenetur debitor statim praesenti die pecuniam debitam reddere: imo huic necessariae restitutioni a iure inest tempus quoddam boni uiri arbitrio diffiniedum, quo praecise debeat fieri eius pecuniae restitutio, possitque a creditore exigere: sicuti sensit iuriconsultus in l. si quis filium. §. stipulatio. ff. de collat. bono. notant glos. in dict. §. omnis. & in dict. l. in omnibus glos. in §. si impossibilis. instit. de inut. stipula. tradunt ubique doctores: & Alexan. in l. prima. §. item si ita. ff. ad leg. Falci. colum. secunda, regia. l. 13. titulo. 11. part. 5.

A ii Sic



Sic & per sententiam iudicis condēnatus in actiōibus personalibus, nō statim cogitur soluere: sed habet ad solutionē quatuor mēses. l. 2. l. debitoribus. ff. de re iudicat. l. 2. & 3. C. de vsur. rei iudic. notatur in cap. quærenti. de offi. delega. & in cap. quo ad consultationem. de re iud. iure autem regio decē dies. l. 5. titu. 27. par. 3. quemadmodum qui in iure debitum fatetur intra decē dies cogitur soluere. glo. in. l. si debitori. ff. de iudic. quam tantū vi cōsuetudinis obtinere scribūt Bar. & Doct. ibi. glo. in. c. dilectus. de procuratori. Panor. in. d. ca. quoad consultationem. col. 5. Bald. & idē Abb. in. d. c. quærenti. citat eandē. gl. Abb. in cap. dudum. co. 9. de electio. in primo. Et probatur eadē opinio. in. l. 7. titu. 3. part. 5. quod si ex causa iudici visum fuerit equū esse: confestim compellet condemnatum ad solutionem: idq; moribus, ac forensi praxi receptū est, secundum Roman. in singul. 459. fit tandem ex his, non rectē confestim qui, debitorem teneri statim restituere ex eo, quod præsentī die res debita alteri sit. quamuis etiam viri doctissimi hac argumentatione vtantur quādoq;. Tenetur deniq; qui alienum detinet deliberato animo secum constituere, quod restitutio fiat. hoc etenim necessariū est, vt abstineat à prauo animo rem alienam detinendi: confestimque debet ab eo animo cessare, deliberando constanti voluntate restitu-

tionem ipsam. Præter hæc statim tenetur vere restituere ea ratione, quod licet alioqui in actibus virtutum regulariter circūstantia tēporis determinata omnino nō sit: sed cōmittatur rationi, & prudētiæ tamē in actu restitutionis rei alienæ, circūstantia tēporis definita est vt statim fiat: cum eius omisio, quocūq; tēpore procedat, aduersa sit ipse iustitiæ: quia res aliena eo momēto inuito dño detinetur: nō sic in aliis virtutū actibus. Nā etsi omitatur aliquo tēpore, nō ex hoc ipsi virtuti læditur. Etenim non agit cōtra iustitiā, qui aliquo tēpore differt publicā accusationē: seu publicū priuatū iudiciū: eius sanē iudicio iuxta prudētiæ rationē cōmittitur tēpus, quo actū virtutis exercere debeat. nihilominus adhuc nō sēper statim est necessaria præcise restitutio alieni ad remissionem peccati: cū possint species, & casus aliquot cōstitui, quibus boni viri arbitrio differēda sit restitutio: secundum Thom. & Caieta. 2. 2. q. 62. articul. vlti: quorum opinio cōsensu omnium Theologorum recepta est, & sequētibus probatur.

Primum cōstat, propter inopiā, & paupertatem excusari quem à restitutione: cū aliās non teneatur quis restituere eo casu, quo nō potest restitutionem animo deliberatam, executioni mandare, autore diuo Augustino in. dict. Epistola. 54. probatur idem in capi. quāquam. de vsur. in sexto. vbi gloss.

capi. cum tu. eo. tit. glo. in hac regula. Peccatum. & ibi Dinus atq; Ancha. co. 9. optimus tex. in. c. breui. & in. ca. querelam. de iureiur. diuus Thomas in dict. q. 62. artic. vlti. nemo enim ad moraliter impossibile obligatur: nec tenetur ad id, quod proprias vires excedit: cum sit satis quo ad diuinā maiestatem, quod quis faciat in emēdationem criminis, & iniuriæ id, quod iuxta proprias vires efficere valet. atq; hoc ipsum receptissimum est, tametsi frequens hac in specie controuersia contingat, an teneatur quis alienum restituere: cum rebus alienis indigeat ad propria ipsius alimenta. Nam quibusdam placet, non teneri quem ad restitutionem quoties re aliena indiget ad subleuandā propriā necessitatem: siquidem ex ea ratione posset rem alienam inuito domino capere, capi. si quis propter necessitatem. de furtis. de quo statim agemus. Et profecto hac sententia vera est data ipsius debitoris extrema necessitate, ea deniq;, quū locum faciat, ca. si quis propter necessitatem. idem erit vbi necessitas extrema nō est: sed tamē debitor habita ratione status, & dignitatis grauissimam pateretur ex restitutione iacturā. Poterit enī differre alienæ rei restitutionē: modo leue detrimentū ex ea dilatione immineat creditori: sic sane iustē differtur restitutio: si ea fieri nequeat tunc absque maximo debi-

toris damno vero, quia oportēret res proprias ad restitutionem vili pretio vendere: nec ex hac dilatione creditori læsio fit: cū non patiat ex hoc detrimentum aliquod, graue saltem: sicuti docent Scotus & alii in quarto sentent. distinct. 15. Florenti. 2. parte titu. 2. capit. 8. Syluest. verb. restitutio. 5. q. 3. Caiet. in dict. quest. 62. artic. vlti. Ancharr. in hac regu. Peccatum. colum. 9. Ioan. Lupi. in rub. de donationibus. §. 65. num. 51. tametsi Adria. in quarto sentent. tracta. de bello. capit. incipienti. Aggredior. quæstione sexta. Ioann. à Medina. de restitutione. quæstione quinta. tantum videantur excipere ab obligatione statim restituendi ratione necessitatis, ipsam extremam inopiam, quæ cogeret ad elemosynam creditorem secundum ea, quæ & nos scripsimus lib. 3. variar. resolut. c. 14. nu. 5. nō equidē diffiteor opus esse sincero, acerrimoq; iudicio ad discernendum hoc grauissimū debitoris nocumentū à leni creditoris iactura, vt hinc licita iudicetur debite restitutionis dilatio: inordinataq; censeatur creditoris petitio.

Hinc etiā & illud intelligēdū est quod scribit gl. in. d. c. cū tu. existimans, vsurariū, qui semel imunis fuit à præceteri restitutiōe propter inopiā, si demū piguiorē nactus sit fortunā, cogendū fore ad vltimū vsq; quadratē restituere, quāuis ex hac restitutione maneat in grauissima



Pars prima.

egestate. addit. gl. licet secundum leges, qui bonis cesserit si peruenerit ad pinguiore fortunam possit sibi necessaria alimeta retinere. ab ea gl. Panor. Car. & Rauena. collegerunt, vsurariu, etia qui bonis cesserit, si ad pinguiore fortunam deuenit, cogedu esse restituere integras vsuras: absq; deductioe alimeturum. Secundo adnotarunt, in foro consciencia, non esse admittendum priuilegium id, quod leges concessere his, qui bonis cesserint, imo eos fore compellendos integre omnia restituere, minime deductis alimentis. Tertiò Ioann. Ana. ibidem opinatur sensum gl. non alium fuisse quam quod vsurarius, qui ob paupertatem non potuit statim vsuras soluere, nec reddere, si tamen fortunam mutauerit, teneatur eas integre soluere, etiam absque deductione alimentorum. Et ideò secundum Anani. gloss. non tractat de eo, qui bonis cesserat. mihi verò haud dubie constat. glo. non magis loquitur esse in foro poenitentiali, qua in exteriori Pontificio: Et preterea sensim voluisse opinionem, quam tenuit, & in eo, qui bonis cesserat, adnotare. Quod autem Panormit. Raue. & Cardi. censent, priuilegium datum a lege omnibus his, qui pra inopia bonis cesserint, circa deductionem alimentorum, cum deuenierint ad pinguiorem fortunam, in conscientia iudicio non obtinere: a nobis impro-

batum fuit lib. 2. Variar. resolut. c. 1. nu. 6. sed & id quod ex. gloss. primo loco post Abb. & alios obseruauimus, non video quod in proxim deduci valeat, nisi praemittamus, debitori ex causa vsuraria competere ius cessionis bonorum: de quo in dict. capite. 1. disputauimus. num. 8. superest tamen praemissa cessione bonorum, quaestioni respondere: & idem esse censeo in vsurario, quod in aliis quibus ius concessit bonorum cessionem. ea etenim, si vsurario permessa fuerit, eandem vim habebit quantum attinet ad deductionem alimentorum. Quod si vsurarius non cesserit bonis: tunc authore Anania. gloss. sententia vera est. idem ipse censeo: modo & in vsurario admittamus que proximè in vniuersum tradita fuere praecedenti versiculo de his, qui ob inopiam a restitutione excusantur. Nec enim ad hanc excusationem attenditur quod quis teneatur restituere ratione delicti: sed quod egestate grauetur: que apud Deum sufficiens est excusatio: dum ipse debitor ab animo aliena detinendi vere abstinuerit, secundum Augustini sententiam in dicta epistola quinquagesima quarta.

Secundo ferè ab eadem ratione, creberrimo omnium consensu responsum est, mulierem adulteram, qua ex adulterio filium peperit, non teneri id reuelare marito: ut hoc modo filium excludat a mariti

Relectionis.

3 mariti hereditate: & ea veris hereditibus restituatur. Na ipsa mulier adulterium committens, & ex eo concipiens filium: graue damnum intulit marito, & eius veris ac legitimis haeredibus, teneturque damnum istud resarcire, & compensare, atque restituere ad peccati remissionem, qua nequit contingere aliter quam illati damni reparatione. Ab hac tamen obligatione restituendi, mulier ipsa liberatur ex eo, quod ea restitutio fieri non potest absque manifesta iactura fama: & mortis periculo: maiusque damnum sequeretur restituenti quam commodum ipsi, cui restitutio facienda est. qua ratione creditor, cui hereditas debetur, secundum ordinatam charitatem obligatur magis velle se ipsum hereditate carere quam quod tanto cum damno fama, & periculo vitae ea sibi restituatur: ergo debitor iuste poterit ob id restitutionem omittere. Deinde huic opinioni suffragatur ratio admodum fortis: si quidem constitutus in extrema vitae necessitate ad conseruationem vitae potest aliena retinere. capit. si quis propter. de furtis, ergo mulier adultera constituta in periculo fama, & mortis, poterit tacere proprium crimen, & permittere quod mariti hereditas a legitimis haeredibus in extraneos deferatur aduersus legum sanctiones, & mariti voluntatem. Consequens optimè probatur: quia sicut pauper indiget rei alie-

ne retentione ad conseruationem vitae: ita mulier adultera pro sua vita, & fama seruandis indiget omissione reuelationis adulterii, & sic omissione restitutionis, & compensationis damni illati. Praeterea ex duobus malis, quorum alterum necessario imminet, minus omnino eligendum est. capi. duo mala. 13. distinct. cuius rationem nos expendimus in eptome desponsalibus. 1. parte. capit. 4. nu. 9. & 2. parte. capit. 7. §. 2. num. 9. mulier autem adultera inter haec duo mala constituitur: ut vel aliena retineat, vel se ipsam infamet. igitur potius debet eligere alienarum rerum occupationem, & retentionem, quam fame propriè dispendium. cum maior sit laesio fama, quam diuitiarum: sicut maius malum est, famam proximi quam illius diuitias rapere. Et quemadmodum quis magis tenetur se quam proximum diligere: ita magis debet famam propriam, quam famam proximi illam seruare. Vnde necessario deducitur supradicta consequentia, mulierem hanc adulteram potius debere in hoc discrimine constitutam, famam propriam seruare integram, quam alienam restituere. Huius opinionis est Romani Pontificis manifesta definitio in capi. officii. de poenit. & remiss. vbi Papa scribit, non esse negandam poenitentiam mulieri adulterae, aut qua falsum supposuit partum: sed illi fore tanti criminis, satisfactionem congruam

iniungendam: etiam si non proponat, nec velit crimē propriū reuelare. Quæ quidem respōsio varias habet apud Theologos, nedum apud Canonistas interpretationes, quarum examen breuiter attingam quibusdam aduersus eam decisionem præmissis obiectiōibus.

Illud fanè primo loco eidē respōso, satis valide opponitur. Quod restitutio rei alienæ sit ad salutem necessaria: quemadmodum hac regula manifestum est: atq; ita ad vitæ veritatem pertinet. sed veritas vitæ omittenda non est propter scandalum quodcunque id sit, vtilius etenim scandalum nasci permittitur, quam veritas relinquatur, authore Beda, cuius dictum relatum est in reg. qui scandalizauerit. Deregul. iur. igitur ob scandalum imminens ex infamia, & morte adulteræ, veritas vitæ: id est damni dati compensatio, & satisfactio prætermittenda nō est. Aliter item argumentatio constat. siquidem scandalum fratris postponendum est veritati vitæ, quæ in est satisfactio læsionis: ergo & fortiori ratione fama, & mors pro eadem vitæ veritate posthabenda sunt: cum ea pro vitando scandalo sint offerēda, & nihili faciēda. est equidem scandalum, quod fratri præbet occasionem ruinæ, mortale crimen: si ex propria vi ad mortale crimen proximum allicit. Qui scandalizauit,

inquit Christus, vnū de pusillis istis, qui in me credūt, expedit ei, vt suspendatur mola asinaria in collo eius, & demergatur in profundū maris. ac rursus. vñ homini illi per quē scādalū venit. Docet Thom. 2. 2. q. 43. ar. 4. vñ de scādalū quod mortale crimē est, vt & alia peccata mortalia effugiēdū & vitandū ita est, quod potius omnia mala patiat quis, quam peccato huic cōsentiāt. cū nullū sit maius malum quam peccatū: & authore Arist. 3. eth. c. 1. propter quæcūq; durissima nō est turpiter agēdū. tex. optimus in. c. sacris. de his quæ vi. quo in loco idem de veniali culpa adnotatū est per Panor. cui alios itē autores addidimus & nos in Epitome de sponsa. 2. part. c. 3. §. 4. num. 3. fit igitur, vt mulier adultera iuste excusari non valeat, si ob vitandam mortem, ob effugiendam infamiam, missam faciat damni per eam illati satisfactio- nem, quæ absque mortalis culpæ labe omitti non potest.

Verū ad intellectum huius obiectiōnis, quæ poterat longius comprobari ex his, quæ passim traduntur in hoc tractatu: dū plura cōgeruntur, quæ fieri itidem cum scandalo minimè prohibētur: imò fieri debent: nec omittenda sunt: oportet scandali vitandi rationem altius repetere. est vero scandalum dictio Græca: & ea est iuxta latinā traditūonē, offendiculū: et significat mali quandā occasionē: quæ

quæ ruinæ causam det: quasi cadendi occasio, si quid obstet eunti: & impactio pedis. cap. diffinimus. 18. q. 2. explicat Diuus Hieronymus Matthæi cap. 15. Hoc autē bifariā distinguitur. quia aut est datum, aut acceptum. Scandalum datum, est authore Hieronymo, dictum, vel factum minus rectū, quod ex se alteri occasionem præbet ruinæ: hoc dicitur scandalū actiuū ab scholasticis: & semper est peccatum in eo, qui scandalizat: Cum ipsum opus sit peccatum, vel habens speciem peccati: qua ratione propter proximi charitatem & hoc ipsum opus habens mali speciem, agendū nō est: ne proximus pedem ad id impingat, & labatur. Nā in hac via spirituali nihil ex se potest disponere, aut occasionem præbere spiritualis ruinæ, nisi habeat aliquē defectum rectitudinis. id etenim quod est perfecte rectum potius instruit, & munit proximum ad tutum viæ progressum, quam ei præbeat ruinæ occasionē. de hoc scandalo accipiendum est quod Christus Iesus in euangelio prædixit Matthæi cap. 18. vñ homini illi, per quem scandalum venit. est aliud scandalum, quod dicitur acceptum, seu passiuum: & hoc est peccatum proueniens ex bono alterius opere: aut saltem ex facto, quod mali speciem non habet: contingitq; proprie scandalum hoc in eo, qui scandalizatur.

quod constat ex his quæ late traduntur per Felin. in cap. nihil. de præscript. post Archid. in cap. prima actione. de consecrat. distin. 2. Domi. in cap. licet. 45. dist. Card. in cle. 1. de off. ord. Hosti. in Summa de renunciatione. §. pe. vers. est autem scandalum. Diuū Thomam. 2. 2. q. 43. art. 1. & 2. De hoc duplici scandalo acturus illud in primis adnotabo, scandalum actiuum semper vitandum esse ea ratione, & cura, quibus tenemur cetera peccata effugere. Est etenim peccatum ex eo quod in via spirituali opponitur obex alteri. id vero contingit dupliciter. vno modo si præbens scandalum directe, et ex intentione, seductione, inductione, vel exēplo contēdit proximum in ruinā conijcere, atq; illū ad peccatum allicere. Quod sane peculiare peccatum est in propria perse specie scandali constitutum: idq; virtuti correctionis faternæ suapte natura contrariū: quæ virtus in hoc exposita est, vt bonum spirituale fratris promoueamus. Vnde scandalum istud ex intentione speciali sortitur rationē specialis peccati. Altero modo cōtingit scandalum per accidens: hoc est præter intentionem agētis: cū quis vel peccatū, vel opus, quod illius figuram habere potest, alia intētionē faciat quam vt fratrem præcipitet: tamen si is ob eius imbecillitatem inde in præcipitium ruat, & scandalizetur. Tūc enim hic

non constituitur speciale scandalum peccatum: cum minimè constituat peccati speciem quod est per accidens: habet tamen negligentiam incaute ageris generalè ex accidenti scandalum rationè iuxta ea, quæ docet pulchre Thomas dict. q. 43. arti. 3. Peccatum vero scandalum potest esse veniale, cum vel inductio non fit nisi ad veniale peccatum, vel quis ex veniali negligentia, vel leui inconsideratione quid facit, unde alter scandalizetur: mortale tamen potest esse, si quis vel ad mortale peccatum alterum inducit, aut per grauem negligentiam tale præbet occasionem. ita quidè vt scandalum ex intentione agentis procedens, mortale sit vbi intentio ad mortale tendit, veniale tandè cum agens intendit proximum in veniale culpam dare præcipitem. At scandalum per accidens contingens peccatum est mortale: si actus à quo procedit mortalem culpam habeat: vel si quis per grauem negligentiam salutem proximi contemnat: non prætermittens ea, quæ proximo nocere possint. Sic et veniale peccatum erit scandalum per accidens: cum actus habeat venialem culpam: vel speciem mali, modo veniali negligentia hic posterior actus, & inconsideratione quadam fiat, quæ quidem resolutio traditur à diuo Thoma. in dict. q. 43. ar. 4. Ex quibus aliquot ad euidètiorem rei cognitionem colliguntur.

Primum quod is proprie pec-

cat speciali peccato scandalum, qui fratrem inducit ad consensum fornicationis, furti, adulterij, & similia criminum, vt consentiens incurrat malum culpæ. Hoc etenim opus directe tendit aduersus correctionem fraternam, cum ex eo lesio animæ contingat: idcirco hoc est speciale peccatum scandalum. Nā is, qui alterum prouocat ad peccatum, non propter hunc finem, vt is malum culpæ contrahat, sed vt ipsius inductoris libidini, & voluntati satisfiat: nēpe qui mulierem verbis, donis, & blanditiis inducit in adulterium, vt secum fornicetur, nō peccat peccato scandalum: sed hæc inductio ad id pertinet crimen, quod per eam persuadetur: sicuti Caiet. explicat super Thomam dict. q. 43. articulo. 1.

Secundo constat ex his, scandalum vtrumque per accidens scilicet, & ex propria, & formali intentione contingens: alteri præstare & præbere occasionem peccandi nō per accidens sed per se: quia etiā si deficiat operantis intentio ad occasionem ruinæ alterius: ipsum opus sui ratione, & natura propria inducit proximum ad peccandum, & peccato occasionem dat: authoribus Thoma. & Caietan dict. articulo. 1. in responsione ad quartum.

Tertio subdeducitur, quod licet in vtroque scandalo actiuo ex propria natura, & per se, contingat, & detur occasio rui-

næ.

næ: ipsum tamen scandalum potest rectè distingui in scandalum per se: & in scandalum per accidens: sicuti superius ad notatum est.

Quarto inferitur, occasio nē ruinæ, & peccati posse contingere, & præberi, dupliciter. Per se quidè: & per accidens. per se inquam, contingit: cum quis malum, vel quod speciem habeat mali operatur: intendens ipse alium inducere in ruinam: aut hac intentione deficiente, ad peccatum ipsum opus tendat alium allicere propria natura: quia speciem habeat mali, per accidens datur occasio peccandi: cum opus aliquod nec prauum est, nec mali speciem habeat. & tamen frater ex eo assumit occasionem peccandi. Hæc etenim occasio per accidens nō propria vi, & natura operis contingit. Quod explicat Thomas in dict. responsione ad quartum.

Quinto apparet, scandalum tunc esse speciale peccatum, vel ad id reduci: cum actus fit directe: & ex intentione operantis dirigitur ad laesum proximum: quo qui dem casu scandalum per se speciale peccatum est. reducitur itē scandalum ad speciale peccatum: quando absq; intentione alliciendi, opus fit, quod tantum habet speciem mali: malum tamen non est. Quod si scandalum contingat per accidens ex opere malo alia intentione perpetrato, quam vt quis fratrem præcipitem det, tunc non

constituitur speciale scandalum peccatum. Sed inest circumstantia grauitatis huic operi ex eo quod ita incaute quis peccauerit, vt occasione ruinæ proximo dederit: quemadmodum subtiliter explicat Caiet. dict. q. 43. ar. 1. & in summa. verb. scandalum.

Hoc vero scandalum actiuum semper omnino vitandum est, & summopere vt peccatum effugiendum: nec vlla ratione permiffum extat. idcirco Bedæ sententia in eo accipienda non est: dum edisserit: vtilius scandalum nasci permittitur, quam veritas relinquatur. Etenim si permittamus hoc scandalum nasci: veritas manifeste relinquatur: & si id euitemus: veritatem ipsam, rectam rationem, ac diuina præcepta sequimur: cum peccatum satis perniciosum effugiamus.

Postremo ex supradietis colligitur, veram rationem scandalum actiuum non in hoc consistere, quod alii actu accipiat scandalum, & delinquendo in præcipitium labatur: sed in, hoc quod offeratur causa, vel occasio peccandi. unde potest esse scandalum actiuum: & sic offensiculum in habitu absq; scandalo passiuo, id est absq; ruina, & offensione. Quod radicatus deducitur ab his, quæ Thomas dict. q. 43. scribit: & docet eleganter Dominicus à Soto in eruditissimis sue per Epistolam Pauli ad Romanos commentariis cap. 14. idem ostendit

Alfon-



Alfonfus à Castro & probat subtiliter in lib. 1. de iust. heret. puniti. capitulo. 20.

¶ Est & aliud scandalum, quod dicitur proprie acceptum, & non datum: & id passiuū appellatur speciali quadam ratione. Est etenim peccatum proueniens ex bono opere, vel dicto alterius; aut saltem ex eo dicto, vel facto, quod nec malum est, nec mali imaginem habet. Dicitur acceptum, & non datum: quia ex ea re, quæ apta non est ad dandam occasionem mali, aliquis peccandi occasionem accipit. Hoc autem scandalū passiuū non potest esse, nisi peccatum etenim nihil aliud est scandalizari, quam peccare exemplo, vel causa alterius, qua ratione passiuum scandalum semper est peccatū in eo, qui scandalizatur, secundū Thomā dict. q. 43. artic. 2. speciale vero peccatum non est, nec esse potest: quia ex dicto, vel facto alterius cōtingit aliquē incidere in quodcunq; genus peccati: sumere autē peccandi occasionem ex opere alterius: non constituit speciale rationem peccati: cum non inducat vitium speciali virtuti oppositū, vt idem Thomas explicat, art. 3.

In hoc tandem scandalo passiuo intelligendum est quod Beda docuit, scribens, vtilius scandalū nasci permittitur quam veritas relinquitur, quæ Regula omnino accipienda in eum sensum est, vt de triplici veritate eam intelliga-

mus: videlicet, vitæ: iustitiæ: & doctrinæ. Nec enim veritas vitæ, nec doctrinæ, nec iustitiæ, omittenda est propter vitandum scandalum proximi. lex namq; charitatis, quæ dicitur, vt pluste quam proximi ames: eadem præcipit vt plus in te quam in proximo peccatū vitas. Peccaret autem quis omittēs veritatem vel vitæ, vel iustitiæ, vel doctrinæ, igitur veritas omittenda non est vt scandalum. & sic peccatum proximi euitemus, ita quidem interpretatur eam regulam, glo. & Canonistæ, in dict. capit. qui scandalizauerit. Thomas diligenter in dict. q. 43. ar. 7. & 8. Alc. Halensis. 2. parte. q. 189. membro. 6. Adrianus quod libet. 1. art. 2. & 3. Alfonso à Castro lib. 1. de iust. heret. punit. cap. 20. Quam ob rem oportet prænotare, quod veritas dicitur, & intendit adæquationē rei ad intellectum: omne quidem illud, quod intellectui recto seu rationi conforme est, & adæquatum, dicitur verum: adæquatum item dicitur intellectui, omne id quod est tale, quale debere esse ratio ipsa dicitur, sic sane rectitudo operis procedentis ab anima, veritas vitæ appellatur, & ideo veritas vitæ id est, quid quid in propria specie est conforme rationi, & adæquatum intellectui recto, propter scandalum omittendum est. Quia vtilius scandalum nasci permittitur quam quod veritas relinquatur, vnde plura deduci poterunt,

runt, quæ huius questionis faciliorem reddant examinationem.

Primum inde apparet, nunquā omittendam fore veritatem disciplinæ ob euitandum scandalum: intelligendo veritatem doctrinæ quo ad id, quod docetur. non enim licet, nec licuit vnquam falsum docere nec id conuenit rationi, nec intellectui recto, vt cunque scandalum etiam maximum imminet: nec possit aliter vitari quam si falsum prædicetur, & doceatur, hoc corollarium probat Thomas in dict. q. 43. art. 7. ad. 2. idem sensere Alex. Alensis. Adrianus & alij, cum ad salutem necessarium præcise fit, non docere falsam doctrinam: ea vero quæ sunt necessaria ad salutem nullo pacto debent omitti ob scandalum proximi vitandum, esset profecto tūc inordinata charitas: siquidē peccaret quis ob euitandum in proximo peccatum: quod non licet.

Secundo subinfertur, veritatem doctrinæ quantum ad actum docendi posse ad tempus omitti propter scandalum, quod oriretur ex ignorantia pusillorum. actus namq; docendi inter misericordiæ opera computatur: & est elemosyna spiritualis: quæ quidem opera differri possunt ob euitandum pusillorum scandalum ad tempus, donec aptiori loco, & congruo magis tempore fieri cum maiori utilitate possint, cum rationi conueniat hæc opera congruo loco, &

tempore fieri: nec quis teneatur ex necessitate Salutis ad actum docendi nisi opportuno tempore, quo magis docere, quam irritare pusillos valeat. Iuxta ea, quæ de correctione fraterna tradit Thomas. in. 4. dist. 19. q. 2. art. 3. Quod si iam ita processum fuerit, vt scandalum hoc ex actu docendi malitiosum sit, procedatq; & oriatur ex malitia potius, quam ex ignorantia: non est doctrina ob scandalum omittenda: presertim vbi docendi actus necessario incūbit alicui, vel ratione officii, vel propter necessitatem ignorantis. Sic elemosyna propter vitandum scandalum omittenda non est, quoties proximus habet extremam necessitatem, secundum Thomam dict. art. 7. sicut nec vlllo pacto licet innocentem occidere ob scandalum vitandum: quod fatetur Bart. in. 1. penulti. ff. de sicar. non enim ipsa prouidentia diuina ita constituit genus humanū, vt possit cōtingere, necessarium fore ad Reipublicæ salutem innocentem occidi, nec potest ratio, aut recto iudicio congruere, quod innocēs occidatur ob scandalū effugiendū.

Tertio hinc apparet, posse quempiam & debere omittere diuinarum missarum solennia, & abstinere ab auditione missæ, etiam diebus festis, ob euitandum scandalum, qui censent, & existimant eum esse excōmunicatum: tamen si vere excōmunicatus non sit,



fit. quod probatur argumēto tex. in cap. illud. de cleri. excom. miniſtra. & præterea rationi consentaneum est, minime expedire: imo potius nocere, quod quis audiat missam cum scandalo eorum, qui absq; malitia iustis quibusdã causis existimant eum esse excõmunicatum: & ideo abstinere debet is à diuinis donec palam fiat eum excõmunicatum non esse.

Quarto ex his deducitur falsum esse quod ad dict. reg. Qui scandalizauerit. scribit Panormit. asserens Bedæ dictum, & eam regulam procedere in iudice, & teste: non in alijs: cum extra iudicium, & testimonium veritas omitti possit ob scandalum vitandum ita ipse Panor. post Innoc. in dict. cap. officij. de penit. & Feli: in cap. nihil cum scandalo. de præscript. 3. col. Nam ex præmissis apparet tam in iudicio quam extra, & ubi que in actibus moralibus locum esse regulæ: vt vtilius scandalum nasci permittatur, quam quod veritas relinquatur: quando quidẽ nullum possit vere discrimen cõstitui inter actus iudiciales, & extraiudiciales: cum plerunq; iudex ob vitandum scandalum aliquid diffinire, & decernere possit, aut omittere quæ alioqui cessante scãdalo iniuste fierent, vel omittentur: sicuti statim manifestum fiet, qua ratione interpretatio Panormi. omnino aliena est à sensu eius authoris, quẽ interpretatur.

Beda etenim Marci cap. 9. ita scripsit. Nota quod in bono opere nostro aliquando cauendum est scandalum proximi, aliquando pro nihilo habendum. in quantũ sine peccato possumus vitare proximorum scandalum, debemus. Si autem pro veritate scandalum sumitur, vtilius nasci permittitur, quam veritas relinquatur. Hactenus Beda. à quo nihil magis alienũ est, quã quod eius verba tantũ in iudice, & teste accipiantur: quæ à Theologis, & viris doctissimis passim omnium consensu in vniuersum accepta fuere. atq; ita Panormit. & aliorum sententiam falsam esse cõsent Adria. in. 4. sent. tract. de resti. Folio. 7. Ioan. Medina. de contracti. q. 3. 4. causa. et Castro. de potest. legis pœnalis. libro 2. capitulo. 11.

Quinto manifeste colligitur, nõ esse congruam, nec defendi posse eam distinctionem, qua hac in re quidam vsi fuere existimantes, præcepta iuris naturalis, vel diuini prætermittenda non esse, ob scandalum vitandum: præcepta autẽ iuris positivi ea ratione omitti posse: ita sane post Innocent. visum est Antonio in cap. nisi cum pridem. §. pro graui. de renunciat. Card. & Imolæ. in cle. 1. de immunit. eccle. Detio. in cap. cum teneamur. de præbend. Feli. in dict. cap. nihil. col. 3. nam si veram regulæ rationem pensitemus & præcepta iuris diuini, ac naturalis ob scandalum

dalum euitandũ prætermitti poterunt: quoties ratio dicit id ita conuenire: & salubre esse. & item præcepta iuris positivi plerunq; non erunt omittenda ob scandalum vitandũ si rationi, & recto intellectui minime congruit eorum omisio: quia secundũ scandalum circumstantiam, & præcepti utilitatem vtilius sit scandalum nasci, quam quod præceptum omitatur. *quod 3: nichil omnib 3* in Sexto hinc aperitur sensus. glo. in dict. reg. qui scandalizauerit. quæ ad interpretationem illius regulæ censet, ea præcepta, quæ sunt ad eam firma, vt nullam admittant dispensationem: non esse propter scandalum euitandum omittenda. cap. & si illa. 1. q. vltat ea, quæ dispensationem admittunt, ob scandalum prætermittenda fore. Est etenim glo. sensus, quod ob euitandum scandalum nemini est faciendã iniuria: nec omittendũ id quod rectum est, ac rationi, & recto intellectui cõuenit. Nam præcepta quatenus cõtinent inter homines communem utilitatem, & iustitiæ ordinem: vt nulli fiat iniuria: cuiuslibet reddatur debitum: item vt rectum, & reipublicæ utile fiat: immutabilia sunt: nec dispensationem admittunt, etiam ab ipso deo: qui secundũ Apostolũ fidelis permãet, & negare seipsum non potest, secundũ Paulum secundũ ad Timotheum. cap. 2. Negaret vero se ipsum, si ordinem iusti

titiæ auferret: & ideo nec deus ipse dispesare potest, vt homini liceat ab ordine iustitiæ declinare, vel inordinate se habere ad deum: sicuti docet diu. Thomas. 1. 2. q. 100. art. 8. Sic secundũ eundem præcepta decalogi. quo ad rationem iustitiæ: quam cõtinet, immutabilia sunt, nec dispensationem admittunt etiam ipsius dei: tametsi quoad applicationem præceptorum actibus particularibus, eadẽ præcepta admittant diuinam & humanã interpretationem. diuinam inquam in his, quæ secretam habet diuinę prouidentię dispositionem: vt mandatum occidendi innocentem Isaac. Deus etenim, qui dominus est vitæ, & mortis: quicquid iustos & iniustos ob primi parentis peccatum mortis supplicio punire potest: is peculiari quadam ratione nobis occulta, potest permittere, & præcipere innocentis occisionem. Nec per hoc violatur præceptum illud: nõ occides, quia non est hæc iniuriõsa occisio. Sic & Osee accedens ad mulierem fornicariam iussu dei mœchatus non est: quippe qui accesserit ad eam, quæ propria erat vxor, secundũ mandatum dei, qui fuit matrimonij institutor, & author, Humana autem interpretatio præceptorum decalogi tunc contingit: cum in actibus particularibus detentio rei aliena iudicatur licita, & debita, cum hominis occisio censetur iusta, & minime iniuriõsa.



riosa. in quibus sanè casibus ipsius iustitiæ ordo, qui per præcepta decalogi significatur, & proponitur obseruandus, nequaquam violatur. vnde quæ pertinent in specie, & in actu particulari ad debitam iustitiæ rationem, cū immutabilia sint, nec dispensationem admittant, ob scandalum vitandū omitti non possunt. Quo fit, vt actus mali, qui nulla circumstantia licere possunt: qualia sunt adulterium: fornicatio: falsum testimonium: innocentis occisio, & his similia: ob vitandum scandalum minime permittantur. idem ipse in tractatu iustimetus probaui in Epitome de sponsalib. 2. part. cap. 3. §. 4. nume. 5.

Septimo ab eadem radice constat ratio tex in cap. 2. de noui oper. nunciat, cuius hæc sunt pulcherrima, & insignia verba. cum sacre scripturæ testimonio debueras didicisse, quod licet opera illa, quæ sine mortali peccato omitti non possunt, non sint pro vitando scandalo dimittenda, nec ea debeant pro vitando scandalo committi, quæ sine mortali peccato committi non possunt: ab his tamè quæ sine mortali peccato committi possunt pariter, & dimitti, sit pro scandalo tollendo cessandū, & eis etiam pro vitando scandalo resistendum. Hactenus doctissimus ille vir, & Theologiæ eruditione, & summi pontificatus vere pastoralis cura insignis Innocen-

tius Tertius. à quo planè constat vera interpretatio tex. in dict. reg. qui scandalizauerit. vt tandem quod ita peccatum est, vt nullo pacto absque mortali culpa vel omittatur, vel committatur, minimè sit nec committendum, nec omittendum ob vitandum scandalum: nè quod rectum est, & rationi consonum, turpiter prætermittatur.

Octauo: quanuis iure naturali, & diuino prælati: & superioribus obediendum sit sub peccati pœna, prouerbiorum cap. 8. capi. quo iure. & distinct. ca. quod præcipitur. 14. q. 1. cap. 2. de maio. & obed. cap. omnis anima. de censib. cap. 13. ad Roma. tamè propter scandalum vitandum omitti iuste potest obedientia hæc. quod probat tex. optimus in cap. si quando. de rescript. Et in l. si vindicari. C. de pœnis. quæ quidem constitutio habuit originem ab eo, quod de Casare Theodosio scriptum est lib. 11. Ecclesiast. Historiæ. cap. 18. & cap. cū apud Thessalonicam. 11. q. 3. à diuo item Augustino lib. 5. de ciuita. Dei. ca. 26. cuius & nos meminimus lib. 2. variar. resolut. cap. 8. numer. 1. Cum enim apud Thessalonicam seditio esset exorta, & quidam ex militaribus impetu populi fuisset extinetus, Theodosius ex improviso plebem ad ludos congregatam: à militibus obtruncari iussit: atq; cū à Sacerdotibus redargueretur, agnouit culpam: legemq; sanxit, vt sententia

Principum super animaduersione prolata, in diem tricesimum ab exequutoribus differretur: quo locus misericordiæ, vel poenitentiae non periret. fuit namq; Theodosius clementi, ac misericordiam animo præditus, seueraq; præcepta dilatione modica interdum mollebat: authore Paulo Diacono lib. 13. Nec tantum est super sedendum obedientiæ superioris ob vitandū scandalum: cum ipse superior quid iniquum præcipiat: sed & cum aliquid iustum præceperit: ratio siquidem vitandi scādali operatur, vt tunc cesset lex illa, quæ dicat superioribus obtemperandum fore. hoc probatur in capit. cum teneamur. de præbend. iuxta expositionē Card. ibi. dum solam rationem scandali sufficere censet Romanus pontifex in specie illa, vt eius litteris minime obtemperetur, facit optima glo. in cap. 2. 62. dist. quæ probat, electionem alioqui iuste factam, irritam fieri, & reuocari ob vitandū scandalum: not. Abb. in capit. 1. col. 2. de elect. Feli. in dict. cap. nihil. 2. col. Detius in dict. cap. Cum teneamur. quibus ad stipulatur tex. singul. in cap. nisi cum pridem. §. pro graui quoq; scandalo. de renūciat. & in capitulo. quæ situm. vbi Panormitan. de rerum permutatione. Hinc sane fit, vt ratione vitandi scandali possit Romanus pontifex aliquem priuare beneficio ecclesiastico, cuius titulum

canonicum habebat: si commode fieri potest dato alio itidem beneficio, vel damni læsione compensata, tradunt Romanus in singulari. 794. Hippolitus. in singulari. 683. & 634. Innocenti. in dicto. capitulo. nisi cum pridem. glo. in capitulo. Episcopus de loco. septima. quæstione. prima. & ibi Archidiano. Frederi. de permuta. benefic. quæstione vigesima quinta. & Card. in Clem. prima. quæstione quarta. de rerū permutatione. potius quidem expedit reipublicæ, quod quis re propria priuetur: quam quod scandalum oriatur: cum id aliter vitari nequeat: nec ex malicia procedat. Scandalum namq; malitiosum nequaquam est considerandum, quoties tendit in læsionem eorum, qui malitiam, & iniquum animum habent. Hinc sane fit, vt cum scandalo minime sit obediendum superiori, etiam Papæ, quoties reuerentia rationis dicat potius expedire quod non obtemperetur, quam quod scandalum oriatur, etiam si superior præceperit obedientiam, non obstante scandalo. nec enim potest id superior præcipere: cum sit contra charitatem, quæ finis debitus est præcepti, prima ad Timoth. capit. primo. & precipue cauere debeant prælati subditorem scandalum, capitul. cauendum. decima. quæstione. tertia. vnde superior potestatem non habet aliquid præ-

B cipiendi



cipiendi etiã dato scandalo, sicut censent Bal. in leg. rescripta. C. de preci. imp. offer. colu. secunda. & Deti. in capitulo. si quando. de re script. colum. secunda. quidquid ipse, & Abba. senserit in dict. capitulo. cum teneamur. His omnibus accedit quod licet alioqui præceptum superioris in dubio præsumatur iustum, capit. si quid culpatur. 23. quæstione. 1. glos. in capitulo. ad aures. de temp. ordin. capitulo. in præsentia. de renuntiat. capitulo. itane. 32. quæ. 5. glo. in capitulo. ex tenore. & ibi doct. de sent. excom. glo. in capitulo. secundo de maior & obed. notat Palud. in. 4. dist. 19. quæstione. 4. colu. 3. attamen poterit differri eius exequutio, quoties maius damnum timeretur ex ea, quam ex dilatione, quæ fit donec appareat de vera præcepti iustitia: secundu Adria. quodlibet. 2. vers. pro solutione. Domi. à Soto in relect. de secreto. 3. mēbro. q. 2. conclu. 1. & 2. & Marti. Azpilcueta in cap. inter verba. 11. q. 3. corol. 53.

Nono à supradictis deducitur vera interpretatio tex. in cap. nihil cū scandalo. de prescrip. quo respōsum est, prælatos posse iuste omittere rerū ecclesie repetitionem ob scandalum vitandum Nam prælati tenentur bona, & patrimoniū ecclesie repetere ab iniquis possessoribus, et ea illeſa seruare: alioqui mortaliter peccant. tex. in cap. in canonibus. verb. iniquum. 16. q. 1.

glo. in cap. ea. de off. Archi. notat Diuus Thomas dict. q. 43. art. vlti. est etenim prælatis necessaria necessitate salutis, rerū ecclesie repetitio & defensio. & sic Thomas Cantuariensis Archiepiscopus laudatur, qui cum scandalo regis, & totius regni bona ecclesie repetere conatus est. tex. in capitulo. sicut dignum. de homi. vnde non est omnino expedita responsio tex. in dicto. capitulo. Nihil. quam ob rem est adnotandum quod si scandalum hoc procedat ex ignorantia, vel infirmitate: tunc scandalum istud tollendum est per congruas admonitiones: et interium differri poterit repetitio rerum ecclesie ad tempus. sed si scandalum ex malitia procedat: repetenda sunt ecclesiarum bona non obstante scādalo: sicut Thomas explicat dicta quæstione. 43. articulo vltimo. & adnotarunt Doct. in dict. capitulo. Nihil. ac colligitur ex his, quæ modo exposita fuere in hoc scandali tractatu. quibus duo addēda sunt. primū, quod licet rerū ecclesie repetitio minime sit differēda ob euitādū malitiosum scādalu in illis, qui ex malitia scādalizantur: differēda tñ est propter tēporale, vel spirituale damnum, quod aliis imminet si repetitio fiat. etenim si prælato repetēteres ecclesie à principe, qui ex malitia scādalizatur, sequeretur, aut timeretur auersio populi à fide ex persuasio-

ne

ne principis imperantis: aut graue dissidium in ipsa plebe: tunc cōsultius est, repetitionem rerum ecclesie in tempus commodius differri, quam tanta cum iactura modo repeti: secundum Caieta. in dict. art. vlt. Alterum, quod diui Thomæ resolutioni additur, rectam quandam rationem præferre videtur. Quia si prælatus speret, & suspicetur minori cum scandalo res ecclesie posse alio tēpore repeti: differenda est repetitio in illud vsq; tempus, etiam si scandalum sit malitiosum: quod sentiunt Abba. & doct. in dict. cap. nihil. arg. tex. in cap. quando. 11. q. 3. Sic deniq; Thomas Cantuariensis archipræsul laudatur: vel quia scandalum à malitia procedebat, nec sperabat posse res ecclesie alio tempore commodius repeti: imo suspicabatur ex repetitione etiam maximo cum scandalo, occupatores, & violentos rerum ecclesie detentores labente tempore ad frugem melioris vitæ redituros: sicuti & Adrianus explicat in dict. quodlibet. 1. art. 3.

Decimo, vt ad propositā à nobis quæstionem à qua longius digressi fuimus, tandem redeamus, hinc aperitur intellectus ad tex. in dict. cap. officii. de pœnit. & remiss. tolliturq; fortis, quam illi opposuimus, obiectio. recta siquidē ratio dicitur, quod res aliena domino reddatur, damnumq; alicui illatū resarciatur: modo id fiat abf-

q; proximi maiori læsione corporis, vel famæ. nam alieni retentio tunc illicita est, & iure naturali, diuino, & humano reprobatur: cū inuito domino contingat. at si voluntas adsit domini expressa, præsumpta, debita, vel elicita, retineri alienum absq; salutis spiritualis periculo potest, in hac vero specie dominus iuxta rectæ rationis iudicium debet velle: quod cum tam graui damno, quale est mortis periculum, aut famæ dispendiū: res propria sibi non restituatur. ex quibus consequitur, non esse in hoc casu necessariam rei alienæ restitutionem præcise ad salutē animæ: cum mulier adultera nō teneatur de necessitate salutis reuelare proprium crimen: & ideo cum reg. qui scandalizauerit. intelligenda sit de veritate vitæ, iustitiæ, & doctrinæ, quoties veritas est ad salutem necessaria: non est inconueniens, veritatem hanc ab adultera ob effugiendam necē propriam, & vitandam infamiam, ac mariti scandalum, relinquere, & omittere. Tandem ad formalem responsionem obiectionis negandum est, non esse necessarium ad salutem nec pertinere ad veritatem vitæ, aut iustitiæ, aut doctrinæ: de quibus iuris regula tractat, quod adultera proprium crimen reuelet cū periculo mortis vel infamie, etiã si reuelatio utilis futura sit ad illati damni reparationem. ad hæc facit tex. in cap.

B ii ne



ne quis arbitretur. vers. illud. 22. q. 2. vbi propter vitandum scandalū non est alicui propria res restituēda, nempe gladius: si illū habens suspicetur dominū cum eo peccaturū, aut malū cōmissurū. tex. ad idem in. l. bona fides. ff. deposit. nec ex hoc iuris naturalis præcepto iniuria fit: cum id ad speciale istum actum minime possit applicari, vt constat rectæ rationis examinatione. quod & nos probauimus. 2. parte epitomes de spōsa lib. cap. 6. §. 9. num. 2.

Sed & secundo loco aduersus decisionem tex. in dict. capitu, officij. opponitur. Fama etenim & si sit res quædam admodum preciosa, maximumq; omnium bonorum exteriorum, capit. deterior. 6. q. 1. Aristot. lib. 4. ethico. cap. 3. vere tamen inter res exteriores cōnemeratur: & temporalis quædam res censetur: & ideo licet maximæ æstimationis sit. pecunia tamen potest compensari, & æstimari: sicuti ipse adnotauit lib. 1. variar. resolut. cap. 2. numer. 8. ergo poterit contingere maius damnum dari mariti hæredibus ex occulto adulterio, quam ipsi adulteræ ex eiusdem criminis reuelatione.

Consequens hoc probatur: quia si constituamus adulteram extra periculum mortis cum solius famæ iactura: quæ non ita grauis sit inspecta fœminæ qualitate: ac demum sit ex aduerso patrimoni-

um mariti amplissimum: satis apparet maiorem esse hæredum mariti iacturam, quam ipsius fœminæ, quæ adulterium commisit, quo ad famæ læsionem. Nam licet aurum sit pretiosius argento: potest sane argentum esse tantæ quantitatis, aurumque minoris multo: vt maioris valoris sit argentum quam aurum.

Tertio: Adultera, eam enim iterū constituamus à periculo mortis liberam, & immunem, propter crimen adulterij, culpa eius non est digna fama illa quam habet dum occultum est adulterium. digna si quidem est pœna saltem infamæ ob adulterium iuxta notata in. l. 1. ff. de his qui notantur infamia. igitur tenebitur adulterium prodere, præsertim ad vitandam proximi læsionem in patrimonio: etiam si eidem detrimentum famæ imminet ex reuelatione: cum iuste mereatur famam amittere, quæ tantum crimen cōmiserit: sicuti qui proximum infamia affecit, tenetur infamiam ab hac ignominia, retractatione liberare, etiam cum periculo propriæ infamæ: sicut & tenetur quis innocentem eius culpa, in vitæ dispendio. Huic tamen objectioni satis respōdetur, si illud adnotemus, neminē teneri se ipsum prodere, & infamare, etiā si crimē cōmiserit: tex. in ca. si quis aliquādo.

do. §. nō tibi dico. de pœnit. dist. 1. Thomas. 2. 2. q. 69. art. 2. Quod si sit aliquis debitor alterius, quē insonatē & innocētē falso testimonio infamauit, tenebitur etiā cū periculo similis infamæ, idem damnū illatum restituere: nō tamen cum maiori damno, & periculo. oportet igitur examinare an debitoris, & creditoris æqualis sit famæ iactura: & tunc tenebitur creditor ad famæ restitutionem, sed si maior sit debitoris detrimentū: tunc omittenda est famæ restitutio: ne fiat cum maiori damni debitoris, qui in maiori, & extrema honoris & famæ necessitate est constitutus. Nam licet teneatur quis famam restituere alteri æque indigenti, etiam cum æqualis boni iactura: non tamen tenebitur famam alteri restituere cum maiori restituentis læsione, quam sit commodum eius, cui est facienda restitutio: aut saltem cum is non patitur ex dilata vel omīssa restitutione damnum ita graue sicuti alter pateretur: vel ratione necessitatis extremæ, vel ex eo quod alter passurus sit ex restitutione damnum famæ, & honoris: dominus vero, cui est facienda restitutio, ex eius omīssione tantum patiatur læsionem in diuitiis. esset etenim inordinata dñi voluntas, & ideo minime obseruāda, si restitui sibi velit pecuniā, aut patrimoniū cū graui debitoris iactura in rebus, quæ maximæ æstimationis censentur.

tur, qualis est fama. quam ob rem non omnino vrget Romani pontificis responsum quod vltimo loco adducebam. plura tamen, quæ hac in questione poterant examinari omittens, aliquot adnotabo ad superscriptæ decisionis faciliorem interpretationem.

Primum quidem theologi & canonistæ in hoc conuenire mihi videntur: quod adultera habēs patrimonium, ex quo valeat eodem modo legitimis mariti hæredibus illatum damnum resarcire, teneatur id omnino facere: cum ea restitutio satis fieri possit absque iactura famæ, vel honoris ipsius adulteræ. qua ratione ad eius salutem spiritualem debet mulier adultera curam huius satisfactionis habere, secundum Abba. & alios in dict. capit. officij. & Syluestr. verb. adulterium. q. 1.

Secundo illud est obseruandū. quod si adultera non possit probare proprium adulterium, & sciatur nihil profuturam, & inutilem fore eius reuelationem: nec possit damnum patrimonio, & rebus propriis resarcire: minime tenebitur crimē detegere. Nā præterquā quod esset hæc temeraria reuelatio & famæ prodiga dissipatio: nequaquā obligatur adultera facere id, quod nihil ad damni illati reparationē cōducit. atq; ita in hac scetia persistūt oēs qui questionē hanc tractauerunt. Sed queritur oportune an teneatur adultera filio spurio



secrete adulterium detegere: sane quibusdam visum est, eam ad hoc non teneri, quia nec filius matri hoc asseueranti credere tenetur. iuxta glo. in dict. capit. officij. & in l. si posthumus. §. vlt. ff. de lib. & posth. etiam si sciat matrem adulterium commisisse: quod omnes fatentur in capit. pertuas. de probat. & in l. filium. ff. de his, qui sunt sui. cum non sequatur necessario filium esse conceptum ex adulterio, eo quod mater fuerit adultera, tex. elegans in l. miles. §. defuncto. ff. de adult. quo fit, vt mater adultera minime teneatur nec filio reuelare secretum adulterium: nisi viderit eam reuelationem vtilem certo futuram ad damni satisfactionem: nec inde timeat famam dispendium. Etenim quod probare conantur Paluda. in. 4. sent. dist. 27. q. 2. art. 1. & Adrian. in materia de restitutione. Fol. 7. existimantes, matrem adulteram teneri occulte filio spurio crimen adulterij detegere, etiam si certo sciat, filium minime illi crediturum: falsum est, & a rectitudine iustitiae alienum: & ideo improbatum a viro doctissimo Alfonso de Castro lib. 2. de potesta. legis pœnal. cap. 11. Fortassis tamen Paludani sententia posset admitti in hunc sane sensum, quod mater adultera in mortis discrimine constituta: dum ipsa instat mors: prestitio iuramento: & adductis rationibus, quae possint filium persuadere, eidem filio se

crete denunciaret, ipsum ex adulterio conceptum fuisse. poterit enim contingere, vt filius matri re ita asseueranti, credat: abstineatque mariti hereditate. Fateor equidem adhuc & in hoc casu dubiam esse Palud. opinionem. cum & si possit ita accideret, vt filius matri credat: tamen credere non tenebitur: idcirco mater cogenda non est, crimen proprium in hoc ancipiti remedio cuiquam prodere, praesertim quod Palud. & Adrianus eorum sententiam veram esse censent, etiam si mater certo sciat, filium eidem non crediturum: quod non video posse iusta ratione defendi.

Tertium constat omnium sententia, mulierem adulteram, quae adulterium detegere potest absque mortis & infamiae periculo, teneri id reuelare: modo vel probare possit filium spurium esse, vel sciat eius reuelationem futuram vtilem ad illati damni restitutionem. quod minime controuersum est.

Quartum hac in disceptatione negotium facessit: cum adultera non potest crimen prodere absque periculo mortis, vel infamiae, & certo scit, criminis reuelationem futuram vtilem: vel probare potest filium spurium esse: an teneatur hoc ipsum detegere: & sane Adrianus dict. trac. de restitutione in hac iuit sententiam, vt censeat, adulteram teneri ad huius criminis reuelationem. idem Adria. quodlibeto. 1. ar. 3. ad. 2. respondit, posse adulteram differre ad aliquod tempus huius criminis prodi-

ditionem: non tamen perpetuo eam omittere. cui obstat profecto tex. in dict. capit. officij, qui difficilem habet alioqui interpretationem. Et ideo verius est, & his, quae modo dicta fuere, magis consonum, in hac proposita specie, adulteram non teneri nec cum periculo mortis, nec cum discrimine famae se ipsam prodere, etiam si certo sciat futuram vtilem eius criminis proditionem ad reparationem damni illati: ne filius spurius inique patrimonium mariti habet. quae conclusio vera esse censent Innoc. Panor. & Doc. in dict. ca. officij. per eum tex. Scot. in. 4. set. dict. 15. q. 2. Caieta. in. 2. 2. q. 62. arti. 6. super responsione ad. 2. idem in opere. 16. quaestionum. q. 14. Ioannes a Medina de restit. q. 3. in. 4. causa. & Alfonso a Castro lib. 2. de potest. legis pœnal. capit. 11. Syluester in verb. adulterium. q. 1. quorum optimo praeter auctoritatem Romani Pontificis in dict. cap. officij. probatur rationibus, quas paulo ante explicuimus. Ex quibus dubia sunt, & falsa videntur ea, quae hac in re Adri. & Maior. scripsere. primum etenim censet Adri. in quodlibet. 1. articu. 3. ad secundum. adulteram teneri ad huius criminis reuelationem aliquo tempore: licet eam possit quandoque non perpetuo differre. Nam si adultera propter periculum mortis, & infamiae immunis est ab hac criminis proditione: nulli dubium esse po-

test: quin ipsa tuta sit a peccato, & libera dum haec ipsa pericula immineant, instent, & appareant. Sic quodidem Adri. adnotauit asseuerans, non excusari adulteram a reuelatione, si periculum mortis instet ex malitia cognatorum ipsius mariti, qui eum forte minime iracundum ad vxoris occisionem commouebunt. eadem ratione corrui: quia parum refert, periculum adulterae immineat vel ex ira mariti, vel ex eius consanguineorum malicia, & persuasionibus. cum semper adsit periculum mortis, & sic ipsa causa, quae adulteram a reuelatione excusat. deinde nec Ioan. Maior in. 4. distinct. 15. quaestione. 17. & in. 3. distinct. 37. q. 34. quaestione huius veritatem attigit: dum existimauit: adulteram viduam iam, vel liberam a periculo mortis, teneri adulterium detegere, etiam cum famae grauissima iactura, siquidem licet maius sit vitae, quam famae dispendium: attamen frequentissimo omnium consensu receptum est, satis sufficiens esse periculum, aut discrimen famae ad hoc, quod adultera interim excusetur a proprii delicti reuelatione.

Sed si ad amussim examinetur secunda obiectio, quae ad textum in dicto cap. officij. excogitauimus: poterit, ni fallor, semoto vitae periculo constitui species quaedam, in qua adultera teneatur crimen detegere, etiam cum famae iactura, si sci-



Prima pars.

at vtilem futuram hanc reuelationem, & ei creditum iri: nempe cum tantum, ac tam ingens est patrimonium mariti, quod a legitimo successore iniquè auferitur adulterio vxoris, & spurio filio traditur, vt rectitudine pensata, arbitrio discretissimi viri, maius sit eius quam famæ ipsius adulteræ dispendium: quod mature: & diligenter est cogitandum.

Nec mihi placet cautela, quam vsam fuisse viduam quandam refert Andreas Alciat. lib. 3. de præsum. 37. præsum. & idè lib. 9. Parerg. cap. 12. Ea equidem vidua cum plures liberos haberet, quorum vnus esset adulterio conceptus; eis accersitis ad mortem veniens dixit: Filii mei vnus vestrum est natus ex adulterio, & ideo bona mei mariti detinet indebitè: ego vero priusquam ex hac vita migrem, ne moriar in hoc peccato, cum vobis nuncupare intendo: nisi vos inuicè remiseritis omne ius, quod habet alter aduersus alterum. tunc filii, cum quilibet de se ipso dubitaret, mutuo se ipsos ab eo onere absoluerunt, & liberarunt, iusque inuicem sibi remiserunt. Nam licet eiusdem cautelæ obiter meminerit Ioan. Maior. dict. q. 17. tamen per eam minime tollitur damnū illatum ex adulterio: nec fit liberatio sufficiens: siquidè mutua hæc absolutio spontanea non est: sed coacta: is etenim filius, qui legitimus est nullū ex ea comodū ha-

bet: sed adhuc damnum patitur: nec id remisisset si certo sciret; alterum fratrem adulterio conceptum fuisse, inio coactus metu, ne forsan ipse à matre spurio manifestaretur eidè liberationi cōsensit qui consensus sufficiens non est. Queritur præterea, cuius expensis fieri debeat restitutio: quoties creditor, cui est facièda, lōge abest à loco vbi debitor habitat, & domiciliū habet: Et glo. in capi. cum tu. de vsu. expressim tenet, restitutionē facièdam esse expensis creditoris absentis, quo in loco Panor. Anar. Rauēna, & doct. cōmuniter hoc verū esse opinantur, quando creditor abest à loco, vbi damnū illatū fuit, vel in quo debitor iniquè rē ab eo extorsit: cum ipse debitor nō mutauerit domiciliū: tunc etenim expensis creditoris est restitutio facièda. Quod si debitor ipse à loco, vbi rē extorsit, vel damnū dedit ibidem manente creditore discesserit, tenebitur is propriis expensis restitutionem ipsam ad executionē deducere, argumento. l. cum res. ff. de legat. 1. quæ in solutione legati hoc sane modo distinguit. Et tamen quoties restitutio expensis creditoris absentis fieri debet, omitti profecto poterit, aut suspendi, ac differri: si plus, vel tantundem expendendum est in restitutione ipsa facièda, quantum res ipsa principalis iuste valet, & æstimari potest. glo. in dict. capitu. cum tu. quam

Relectionis

quam doctores inibi communiter probant, & Syluest. verb. restitutio. 4. §. vlti. ceterum hæc distinctio locum obtinet in eo, qui iuste, & voluntate domini debitor est: & ideo qui iniquè habet rem alienam, & ratione acceptionis iniuste ad restitutionem tenetur, subiturus est expensarum onus, & omne damnum, quod ex ea restitutione processerit: cum absque vlla distinctione obligetur dominum possessorem facere rei propriæ: idcirco parum refert, quod creditor post furtū, vsuram, aliam uè iniquam acceptionem à loco, vbi damnum illatum est, discesserit: secundum Caieta. in. 2. 2. quest. 62. articul. 5. sed prætermittendum nō est ad huius opinionis examē, quod perfecta restitutionis executione in hoc tendit, vt creditori nullum damnū sequatur ex iniqua occupatione alterius. hoc etenim verè est restituere. Nec tamen eidem debetur lucrum aliquod: sicuti manifestissimi iuris est, quæ ratioe si creditor nullas facturus esset expensas in exportandis rebus quibus expoliatus fuerit: vel quia absque vllis expensis eas secū tulisset, vel ante discessū, nisi damnū ei illatum per iniuriam foret, eas venditurus esset: tunc quidem debitor tenebitur ad expensas: quæ cunctæ illæ necessariae sint ad restitutionem: at vbi creditor ipse in exportandis rebus, etiam si eis priuatus non fuisset, expensas factu-

rus nihilominus esset: ad has ceterum tenebitur ipse creditor: non ad maiores: quod Ioan. a Medina explicat in tract. de restitutio. fol. 7. & sequētibus. Hinc fit, quod ipse debitor tenebitur certiorē facere creditorem huius sibi debite restitutionis, vt ipse creditor certus de ea respondeat, quid velit agendum esse de rebus, quæ sunt restituendæ: atque ita sunt intelligenda quæ diuus Thomas scripsit in dict. artis. Illud verò adnotandum est, quod quidam opinantur, debitorem posse omittere, ac differre æris alieni solutionem, si creditor sit excommunicatus, idque probare conantur ex cap. intelleximus. de iudic. vbi constat, excommunicatum non esse admittendum ad agendum in iudicio. item ex capi. nos sanctorum. & cap. iuratos. 16. q. 5. & cap. vlti. de heret. quibus auctoritatibus hanc sententiam veram esse opinantur Abb. & Feli. in capi. inter alia. de sent. excom. Abb. in capi. veritatis. de dolo. & contu. col. 12. Detius in dict. cap. intelleximus. ad finem. Probus in capit. cum quis. 1. co. de senten. excom. in. 6. Adrian. in. 4. sent. q. 3. de clauibus. Nos tamen contrariam opinionem absque vlllo dubio tenendam esse censemus existimantes, minimè excusari debitorem à restitutione ex eo, quod creditor sit excommunicatus: ea etenim communio, quæ leuis est, & contingere potest



re potest in solutione æris alieni, nequâquâ est prohibita. quemadmodum deducitur ex dict. c. inter alia. cap. quoniam multos. 11. q. 3. atq; ita huius opinionis auctores habeo gl. Archidi. & doct. in ca. penult. 15. q. 6. Innocen. in dict. ca. veritatis. Ioann. Maior. in. 4. sent. distin. 18. q. 4. Syluest. verbo. excommunicatio. 5. q. 12. Francus in ca. 1. de exceptio. in. 6. & Ioan à Medina in tract. de restitutione. q. 3. causa. 9. quibus non oberit text. in dict. capit. intelleximus. quia loquitur in iudiciali exactione. text. autem in. d. c. iuratos. & in. d. c. vlt. de hæret. tractauere tantû de iuramento fidelitatis. à quo ecclesia absoluit subditos propterea quod eorû princeps sit excommunicatus: vnde non erit idem dicendum in debito æris alieni, cuius solutio facillimè creditori fieri potest absque vlla censura ecclesiasticæ læsione. id que maximè admittendum est: quandoquidem vsu forensi apud seculares iudices minimè receptû sit, quòd in dict. ca. intelleximus. fuit statutum. vt nos obiter attingimus libr. 1. vari. resolut. capit. 18. num. 5.

Ex sequenti parte,

- 1 Quid sit restitutio: atque vnde procedat, quasque radices habeat?
- 2 Tenetur quis ablatum restituere ratione acceptionis iniuste.
- 3 Usurarius tenetur restituere ratione acceptionis iniuste: id est proximo iniurioso.

- 4 Usurarius mentalis, an teneatur restituere quod ei datum fuerit à debitore?
- 5 Remissio libera Usurarum liberat omnino creditorem à restitutione, etiam si is non habeat animum restituendi.
- 6 Quo iure humano nè, an diuino sit faciendâ pauperibus restitutio?
- 7 Humana cõstitutio nõ punit, nec punire potest actus interiores mentis.
- 8 Mentalis Usurarius quis sit, & quo pacto possit in foro exteriori cogi ad restitutionem?

Secunda relectionis



Restitutio læsioni opponitur: nã & ea illud reddit, quod læsio abstulerat. l. quòd, si minor. §. restitutio. ff. de minori. l. 1. C. si aduers. transl. l. sed si per prætozem. §. si ferix. ff. ex quib. caus. maio. Bart. in. l. qui proprio. ff. de procurat. idè in hac materia, quâ tractamus, restitutio est, illius rei redditio, quæ ablata est, secundû Thom. 2. 2. q. 62. arti. 1. qui probat eam ad iustitiam commutatiuam pertinere. Etenim sicut acceptio rei alienæ actus est iniustitiæ circa cõmutationem, ita & restitutio, quæ ei opponitur, erit actus iustitiæ cõmutatiuæ: cum per intelligentiam vnus contrariorum cognoscatur alterius intellectus, & percipiatur eius vis: authore Aristotele. 1. Topico. & 4. Ethic. cap. 1. sic idem Aristot. lib. 2. rhetori. ad Theodectæ scribit, quòd contrariorum eadè est disciplina, sed contraria vis: id est

est, eadem est ratio cognoscendi contraria. quòd & Dinus adnotauit in reg. possessor. de regul. iur. in. 6. in commutatiua autem iustitiæ potissimè attenditur damni per acceptionem illati compensatio per redditionem, & æqualitatem: quemadmodum ex eodem Arist. constat. lib. 5. Eth. damnum vero infertur alicui variis modis, per occupationem inquam propriæ rei, per eiusdem rei detentionem: atque item per impedimentum nequis assequatur, quòd ei debitum est. in summa reducitur læsio his modis contingens ad alicuius boni priuationem, cum is, qui detinet alienam rem, aut alteri debitam, eam videatur ab altero abstulisse: & eadè ratione, qui impedit, nè quis adsequatur bonum aliquod, planè dicitur bonû hoc ab altero auferre.

Restitutio autem duas radices habet, à quibus omnino deducitur. ab acceptione scilicet, aut à re accepta. ab acceptione tunc procedit, quando quis ratione solius acceptionis tenetur alteri reddere quod suum est, aut ei debitû, vt in causis mutui: depositi: furti: rapinæ: & similibus: in quibus adhuc obligatio restituendi regulariter datur, etiam si nec res mutua: deposita: furto ablata penes accipientem sit. à re accepta tunc deducitur restitutio: quoties quis re alienam, aut alteri debitam habet & ea quidem amissa cessat resti-

tuendi obligatio: sicuti diligenter tradidere. Thomas & Caieta. 2. 2. quæst. 62. articul. 6. de acceptione licita hic minimè agemus: ea etenim expedita est: præsertim quòd data mora restituendi id, quod debetur alteri ratione acceptionis licite, iam ea acceptio illicita fit ob contrariam alterius voluntatem. de illicita vero acceptione regulâ quâdã constituere libet ad huius tractatus apertiore cognitione.

Prima regula.



Tenetur quis ablatum restituere ratione acceptionis iniuste: siue ea sit iniusta in iniuriã proximi: siue quia lege prohibita. prior pars regulæ constat extraditis per diuum Tho. & Caieta. 2. 2. q. 62. artic. 1. 2. & 6. & probatur: quia iniusta acceptio, quæ proximum lædit, virtuti iustitiæ opponitur, ac peccatum est: sicuti ratione manifesta constat. læsio autem aliter quam per ablati redditionem tolli nequit: igitur necessaria est ipsa restitutio, cum quis per acceptionem iniquam proximum læserit. posterior regula pars probatur in. l. non dubiû. C. de legi. in. l. quemadmodum. C. de agricol. & censit. lib. 11. & in capi. qui contra iura mercatur. de regul. iur. in. 6. in hac autem regula nomen acceptionis continet non tantum ablatum illud, cum quid à proximo ex propriis eius rebus aufertur



aufertur: sed & damniillationem in eo, quod proximus habet, vel habere sperat, aut sibi debetur, lege iustitiæ: tametsi damnū inferēs nihil ex hoc vtilitatis, aut cōmodiacipiat. Nā qui alteri damnū in hac specie dat, proculdubio auferre cēsetur ab altero id in quo eū lēdit: authore Thoma. dict. q. 62. art. 4. & Caiet. arti. 6. optimus text. in l. damnū. ff. de dam. infect.

Primum ab hac regula procedit ratio: quare vsurarius ad restitutionem eius, quod per vsuras extorsit, omnino teneatur. fuit etenim ea acceptio iniuriosa proximo, & iniqua: atq; idē iure naturali, diuino, & humano, prohibita, sicuti & nos adnotauimus lib. 3. variar. resol. c. 1. qua ratione immunis nō erit ā restitutione, etiā si quod extorsit perierit prorsus, nihilq; vtilitatis ex eo habuerit, secū dum Thomam dict. art. 6.

Ex hoc item deducitur examinatio tex. singularis in. c. cōsuluit. de vsur. quo decisum est, vsurarium, quē vulgus mentalē appellat, teneri ad restitutionem eius, quod ā debitore vltra sortem absque vlla pactione tacita, vel expressa habuit. Ex ea nanque decisione plerique adnotarunt, quod libera donatio debitoris, occasione mutui facta creditori, nihil profitei habēti prauum animum: nempe recipiendi aliquid vltra sortē ab ipso debitore absq; pactione vlla dāte: cū alioqui si hāc spē nō habe

ret, minimē foret mutuaturus sorte. hāc cōclusionē tenēt Inn. Abb. Anani. & Doct. in. d. c. cōsuluit. Adria. in. 4. fen. in tra. de vsu. Iaco. Almain. in. 4. d. 15. q. 2. Io. Andr. in hac reg. peccatū. asseuerātes hoc, quod ita ā creditore, hac sub spe receptū sit, omnino esse restituendū. Quibus præter autoritatē tex. in. d. c. cōsuluit. suffragatur id, quod Bar. adnotauit in. l. 1. ff. de donat. scribēs, nō esse donationē verā, nec perfectā, etiā si donās sciat, & existimet, nullā subesse dādi causā, modo recipiēs opinetur id, quod datur, sibi debitū esse. idē notat Pau. Castr. ibi & in. l. absentis. ff. co. tit. fit igitur, vt in hac specie, cū mentalis vsurarius recipiat quid vltra sortē mutui ratione: alioqui non mutuaturus. non sit libera donatio ipsius debitoris, etiā si is absque vllō pacto, sciens nullam subesse dādi causam, id dederit. verū huic rationi responderi potest, dissimilē esse Bar. casū ab eo, quē modo tractamus: si quidē mentalis vsurarius, cum recipit aliquid vltra sortē absq; pacto certo, scit, sibi illud nō deberi: & gratuito dari: licet ea spe mutuū debitor dederit. & præterea quanuis in specie per Bart. definita non sit donatio: est tamen irreuocabilis datio: vnde is, qui dedit, donatum repetēs etiā re extante, submouebitur exceptione doli, Paulus de castro in. l. si tibi dederim. per textum ibi ff. de donatione. glos. Bar. Angel. Alex.

Alex. & Deti. in. l. si ego. ff. sicert. pet. etiam si contrarium in hoc responderint Bald. Odofred. Oldr. Fulgo. & Iaso. in dict. l. si ego. asseverantes, posse rem donatam adhuc extantem repeti. Nam opinio. gl. magis communis est. Deinde maximē differunt hęc duo: nam vsurarius cū recipit datum sibi vltra sortem, habet animū id adquirendi, & volūtatem recipiendi, vt gratuito datum. at donatarius hāc voluntatem, nec animum non habet: quippe qui recipiat id, quod sibi datur, vt verē debitum. Sed & in vsurario mentali in casu, quē tractamus, quod is ad restitutionem teneatur: etiam tenuerunt Henrri. in cap. in ciuitate. col. vlti. de vsur. glos. in cap. vlti. de simonia. & inibi Card. Ancha. in reg. peccati venia. q. 1. col. 6. de regul. iur. Lauren. à Rodulphis in tracta. de vsur. q. 3. Card. in Clemen. vnic. q. 24. de vsuris. Alex. con. 93. lib. 6. cui verò sit hęc restitutio facienda, non admodum inter huius opinionis assertores conuenit. ex eis etenim quidam censent, restitutionem pauperibus faciendam esse, non ei, qui dederit: ita quidem visum est Rainerio in summa tit. de vsur. versi. sed nunquid voluntas. Iacob. Almain. dict. q. 2. Caiet. 22. q. 78. art. 1. & Guidoni Papa. in tracta. de contra. illicitis. nu. 15. Contrariam sententiā: imò quod hic mentalis vsurarius non teneatur ad restitutionem eius, quod li

bere datum fuerit absque vllō pacto à debitore: licet ob prauam intentionem debeat erga deum agere pœnitentiam. probat text. in simili quæstione in capi. vlti. de simonia. cuius argumēto ita tenēt Paul. Eleazar in Clemen. 1. de vsuras. Syluest. verb. vsur. 6. §. 3. Caiet. in quodlib. de vsura cap. 3. Richar. in. 4. senten. dist. 15. q. 5. arti. 5. & ibi Scot. & Gabriel. q. 11. dubio penul. Bald. in. l. penul. ff. de condi. ob turp. caus. Alexan. in. l. si non sortem. §. 1. ff. de condi. indeb. Carol. Molin. de contract. nu. 6. quo in loco testatur hanc opinionem magis comunē esse apud Theologos, vt tandem nulla hic constitatur obligatio restituendi nec ipsi debitori, nec pauperibus. Cui sententiæ vere accedit Card. in. d. q. 24. dum censet, hunc vsurariū mentalem inducendum esse ad restitutionem in foro interiori: non tamen compellendum. Nec præcisē Innocent. priorem opinionē probat, sed eam esse tutiorem asseuerat. Non obstat decisio text. in dict. cap. cōsuluit. quia ea intelligenda est, vbi sumus in dubio, an debitor vltra sortem dederit aliquid creditori libere, an coactus quadam occasione mutui accepti. est etenim tunc præsumendum, eam dationem omnino liberam non esse, sed procedere à causa, & radice mutui: secundum Syluest. dict. q. 3. licet in hac specie Caiet. in dict. cap. 3. contrarium teneat.



neat. ipse tamen asserit, vsurarium mentalem recipientem aliquid à debitore vltra sortem, si credat id sibi, nec gratis, nec libero animo dari, teneri ad restitutionem propter conscientiae lesionem, etiam si verè animo libero datum sit: & hæc obligatio manet donec lesio conscientiae per scientiam, aut alias cessauerit. in quo idem tenet Catherinus libr. 6. aduersus Caie. eū nihilominus erroris arguens eo, quòd eius sententiam non satis recte intellexerit. Alioqui si constet de libera datione debitoris, locus non est obligationi restituendi, etiam pauperibus.

Hoc item comprobatur ex eo, quòd remissio libera vsurarum iam quidem inique extortarum facta per debitorem creditori habenti animū non restituendi eas, sed retinendi, absoluit eum ab obligatione restituendi. glo. & inibi Anchar. & Fran. in hac reg. peccatum. verb. restituatur. Laurent. à Rodulphis in dict. ca. consuluit. q. 7. Alex. con. 91. lib. 2. col. 1. Florè. 2. part. tit. 2. cap. 6. col. 3. Frederi. cō. 22. optimus tex. in. l. si rē. §. omnis. ff. de pig. act. l. certe. §. Iulianus. ff. de precar. l. item liberatur. in prin. ff. quib. mod. pig. vel hypo. solua. licet contrarium & in hoc teneat Dinus & Ioan. Andre. in dic. reg. peccatum. Abb. & Anania. in di. cap. consuluit. & in cap. cum tu. eo. tit. nam & priorem sententiā iure veriore esse censent idem

Frederi. consil. 18. Cald. consil. 10. de vsur. Andreas Tira. lib. 2. de retrac. in fine. q. 28. num. 151. Carol. Moli. de contract. nu. 8. & Ioannes à Medina de restit. q. 3. causa. 2. quorum opinio profecto verior est, & fere communi omnium consensu recepta. Illud vero quòd de restitutione faciēda pauperibus ab hoc mentali vsurario adnotarunt Rainerius, Guido, & quidam alii, iure probari non potest. Nam vel hæc restitutio fieri debet iure diuino, vel humano. Diuino quidem iure restitutio ei, qui dedit faciēda est: non pauperibus: vel nulli. 6 Siquidem aduersus eum ex vsura ideò restituendum est, quia acceptio fuerit iniusta: id est iniuriosa proximo, à quo vsura extorquetur: quiq; minimè peccauerit soluendo vsuras: cum ea datio nō sit illicita: idcirco restitutio, quæ iure diuino fieri debet eorum, quæ per vsuram acquisita sunt: omnino si fieri potest, faciēda est ei, qui dedit: aut in eius vtilitatem: non autem alteri. Et præterea iure diuino nusquam est necessario restitutio faciēda pauperibus, nec item naturali: his etenim iuribus solum tenemur pauperibus ob extremā necessitatem subuenire, & dare elemosynam: non sanè res, quas illicite acquisiuimus: nam has tenemur reddere his, à quibus eas habuimus, quòd in hac relectione inferius probabitur. fit igitur, vt iure diuino, vel naturali minimè fit

fit præcepta restitutio pauperibus faciēda earum rerum, quæ illicitè acquiruntur: sicuti docet post alios Ioan. à Medina. de restit. q. 3. causa. 11. quòd si pauperibus restitutio faciēda est, ea tantum iure inducitur humano, quòd non ligat actus interiores mentis: qui ex propria natura minimè possint apud iudicem exteriorem probari: secundum Caiet. 2. 2. q. 11. arti. 3. Archiep. Floren. 3. part. titu. 24. ca. 4. Sylues. verb. excommunicatio. 7. §. 2. notab. 1. Maiorem in 3. sentē. distin. 25. q. 3. Almainum in tract. de potesta. eccles. capit. 3. Marti. ab Azpilcueta in prin. de pœnit. dist. 5. nu. 19. Driedonium in tract. de libert. Christi. lib. 3. pagina. 60. Alfonso à Castro libr. 2. de iust. hæret. punit. cap. 18. & lib. 2. de potest. legis pœnal. capit. vlti. conclusione. 1. Quorum ea est concors sentētia, quòd humani legislatoris auctoritas, & potestas ad ea sola se extendit, quæ licet sint occulta, & incognita: tamen ex natura sua possunt ab eo cognosci: non autem ad ea, quæ ex se, & propria natura occulta sunt, nec possunt aliter quàm per cogitantis reuelationem cognosci: vt sunt illa, quæ sola mente perpetrantur. Quæ quidem nec puniuntur, nec puniri possunt lege humana: cum humanæ nō sub sint iurisdictioni: nec potestati, quòd alibi longius tractabitur. lege igitur humana, quæ quis obligatur restituere pauperibus, non

comprehenditur: nec potest comprehendi mentalis vsurarius. Et ideo manifestè constat, mentalem vsurarium non teneri ad restitutionem ipsis pauperibus faciēda, nec ipsi, qui dedit eo casu, quo apparet libero animo aliquid vltra sortem datum esse. Tametsi glos. in Clem. 1. §. verum. de hæret. asserat, per constitutionem humanā posse puniri crimen omnino occultum ex natura sua, & intra mentem ipsam latens. quàm sequuntur Panor. in cap. 2. de offi. ordin. col. 3. & in cap. extirpandæ. §. quia verò. col. 8. de præben. Felin. in. c. Porro. col. 1. de senten. excomun. Arelat. in tract. de hæresi. q. 9. Adria. quodlibet. 8. ar. 1. quoin loco inquit, hæc esse cōmunem sentētia. eandem veriorē esse censent Albert. Pighius lib. 6. de ecclesi. Hierar. cap. 16. Ioann. à Medina in tract. de oratione. capi. de potest. eccles. & Ambro. Cathari. contra Caiet. super summula verb. & notat de excommunicatione. & verb. hæreticus. Sed prior opinio probatur in ca. cogitationis pœnam. de pœnit. dist. 1. & profecto potior est quia minimè vrgent, quæ in contrarium adducuntur: cum vel procedant in crimine occulto per accidens: nempe quod ex propria natura probari potest: licet nullis testibus presentibus commissum sit: vel in actibus exterioribus. Siquidem in dict. §. verum. non imponitur pœna propter odium, vel spem



spem intra cordis secreta latentia, sed propter persequutionem, afflictionem, & torturam innocentis ex odio, aut spe lucri procedente: & sic propter actus exteriores, qui iniqui, ac pravi sunt, & aduersus iustitiæ legem perpetratur. ita quidem cum quis punitur ex eo, quod fatetur, se credere, & animo tenere, Deum non esse trinum & vnum: non punitur is propter hæresim mentalem: sed quia hæresim, quam animo, & mente concepit errore intellectus, qui interior est, satis significauit exterius per confessionem: Nec ista hæresis exterius significata mentalis est. significatur enim hic interior error intellectus per confessionem exteriorem eo modo, quo constat iam, confidentem hæreticum exteriorem esse. cum & si is non asseuerat, Deum non esse trinum, & vnum expressim, id tamé satis quo ad sensum tacitum profitetur: cum asseuerat, se ita credere. deinde in cap. dolentes. de celebr. miss. non punitur iure humano indeuotio latens intra cordis secreta: sed ea, quæ per confabulationes, & alia exteriora signa manifesta est, & cultum diuinum, atq; horarias preces interturbat. vnde fit, vt opinio prima facilius defendi possit: quam probare videtur Thom. 1. 2. q. 100. arti. 9. & Paluda. in. 4. dist. 17. q. 2. col. 3. vbi Almain. q. 1. asserit, hanc esse comunem opinionem. omnium tamen consensu receptum est,

hæreticum occultum per accidens, ex natura rei: nempe qui hæresim mente cõceptam verbo, vel facto exterius etiam sine vllis testibus enunciauerit, excommunicatum omnino esse, ea excommunicatio ne, quæ in hæreticos à canonibus lata est. quod præter alios tenuerunt Caiet. Syluest. & Castro in præcitatis locis Panor. in capi. absolutos. de hæret. quidquid ibi dixerit Ioan. Andre. Hic vero hæreticus si secreto confiteatur inquisitori crimen istud, & pœniteat eiusdem, erit ab eodem inquisitore absoluentis quo ad pœnitentiæ iudicium: sicuti censet Ioan. Lup. Segouiensis Decanus in tract. de hæresi. q. 11. quem tractatum suis in Partitarum leges commētariis interseruit Montal. in tit. 26. part. 7. quod etiam ita agendum esse ad monet prima instructio Hispalensis cap. 5. debet autem secreto quis abiurare hanc hæresim: vt idem Ioan. Lupi explicat. Habent enim inquisitores à summo Pontifice potestatem absoluendi ab hac canonis excommunicatione, vt testantur Archid. Ioan. Andre. Domi. & Franc. per tex. inibi. in cap. vt officium. de hæret. in. 6. & Cõsalus à Villadiego in tract. de hæresib. q. 20. de illo autem, qui vere mentalis hæreticus fuerit, & tamen resipiscens, & ab errore discedens vel in foro pœnitentiæ, vel alioqui, sano quidem consilio confiteatur, se mente hæresim concepisse,

cepisse, quod ex hoc non afficiatur excommunicatione, adnotauit ex Fracis. Victoria Salmaticensis academiae Theologo magni quidém nominis, Iaco. Septimancensis in Catholicis simul & eruditissimis institutionibus, capit. 42.

Ex præmissis, vt ad vsuram mentalem redeamus, infertur, vsurarium mentalem non esse aliter cogendum in foro exteriori, quam in interiori animæ restituere ea, quæ à debitore habuit. Nam si constat, debitorem animo omnino libero aliquid vltra sortem dedisse creditori: non erit cogendus creditor id restituere debitori, nec pauperibus. Alioqui cum appareat, vel præsumatur datio coacta, vel minimè voluntaria, iudex poterit creditorem compellere ad restitutionem: etiam si non cõstet ei, creditorem mentalem vsuram animo cõcepisse: ex eo quod in hac specie non possit donatio præsumi: sed potius præsumatur datio causa mutui: & ideo quasi indebite solutum repetitur quod datum est. At si in iudicio cõstet animus prauus ipsius creditoris, & mentalis vsura, opinor adhuc nõ esse à iudice seruandas leges contra vsurarios latas, quatum ad pœnas per easdem statutas: licet restitutio sit per eum præcipienda: quid quid dicat Cardi. post alios in di. Cle. 1. q. 24. de vsur.

Vltimò illud est obseruandum, non esse mentalem vsurarium cre-

ditorem, qui mutuat debitori pecunias ea spe, vt aliquid ab eo animo omnino libero date percipiat: alioqui nõ mutuaturus: sicuti Caieta. opinatur in quodlibet. de vsura. capit. tertio, quod ipse verum esse arbitror vbi hæc spes non fuerit causa principalis ad mutandum, sed impulsiva. nõ si ea spes fuit causa principalis, & vltima, ac finalis mutui: non video quare ratione creditor à mentali vsura possit excusari: iuxta ea, quæ ipse adnotauit lib. 1. variarum resolutionum. cap. vlt. num. 4.

Ex. §. sequenti.

- 1 Quid sit furtum: & inibi iurisperitorum definitio examinatur.
- 2 Quid sit rapina: & an sit distincta species à furto, intellectusq; ad glossam in cap. penali. 14. quest. 5.
- 3 Necessitas extrema quando licitam faciat rei alienæ acceptionem.
- 4 Acceptum ratione necessitatis extreme restituendum erit, si accipiens pinguiorem naturus fuerit fortunam.
- 5 Necessitas extrema non excusat à peccato fornicationis: & quæ sit ratio, late examinatur.
- 6 Partus ancillarum non sunt in fructu.
- 7 Iure diuino, & naturali prohibita, & illicita: an aliqua circumstantia fiant licita:

Secundæ partis. §.

Primus.

C Secundò

Secundò ex hac prima regula consequitur adquisita furto, vel rapina restituenda fore: atque item furem, & raptorem teneri ad restitutionem ratione acceptionis iniquæ, & iniustæ: nempe in iniuriam proximi. quod euidentiùs apparebit si furti, & rapinæ definitiones examinauerimus. Paulus enim iurisconsultus in. l. prima. ff. de furt. inquit. furtū est contrectatio fraudulosa lucri faciendi gratia, vel ipsius rei, vel etiam vltus eius, possessionisvè. huic accedit Iustinianus in princ. Instit. de obligat. quæ ex delict. nascuntur. quibus in locis & etymologia dictionis adducitur à Greco & Latino sermone: sicuti restituerunt eam Andreas Alciatus libro primo dispunction. capi. 10. potuitq; integrā lectio restitui ex Gellio lib. 1. cap. 18. contrectatio rei dicitur non amotio, nec acceptio: quia & si res aliena non tollatur, nec surripiatur furtum fiat, si depositarius, aut commodatarius vtatur re deposita, aut comodata inuito domino. §. furtū autem. instit. de obligat. quæ ex delict. nascū. dicitur fraudulosa: quod ad rationem furti necessarium sit, contrectationem fieri dolo, fraude, & sic expressim vel tacite domino inuito, qui enim rem alienam fraude, vel dolo contrectat, intelligere debet se id inuito

domino facere. vnde minimè oportet iuriscōsulti definitioni adde illa verba: inuito domino: cum autem delicta ex animo delinquentis accipiēda sint & pēsan da, nō ex alteri⁹ volūtate. tex. in. l. diuus. ff. ad. l. cornel. de sicariis. c. cogitatio. de pœnitent. distinct. 1. l. aut facta. §. delinquent. ff. de pœnis. constat profecto satis esse, vt furtum verè dici possit, quod ipse alienam rem contrectans existimet, domino inuito fieri eam contrectationem: tametsi dominus inuitus non sit. l. inter omnes. §. vltimo. ff. de furtis. fur siquidem est, qui dominum inuitum esse credit, cum sit permissurus, præsertim quod fieri non potest, quin in quouis furto, inuitus sit dominus, non enim putandum est, quenquam ita liberalem esse, quod si sciat, alterum furandi, & contrectandi rem eo inuito animum habere, sit hoc permissurus. Hinc fit, satis commode iuriscōsulti definitionem intelligi posse, si interpretemur verbum illud: Fraudulosa: id est inuito domino: siquidem vt verè furtum sit, necessario exigitur quo ad animum furantis, contrectationem fieri domino inuito: alioqui si rem alienam contrectans iustè possit existimare, & absq; fraude existimet, dominum consentire, nec inuitum esse, furtum ab eo minimè committitur: quod probatur in dicta. l. in. §. vlti.

vltimo. id vero, quod addit iuriscōsultus lucri faciendi gratia, non omnino pertinet ad propriam huius criminis definitionē, nā furtū nihilominus fit, etiā si fiat non animo lucri faciendi: sed rem ipsam proiciendi in flumē. quavis iuriscōsult⁹ defēdi possit ex eo quod cōsiderauit animū præsumptū ipsius furis. præsumitur enim furē non animo, nec gratia rē ipsā cōburendi, sed potius eā sibi habēdi furtū fecisse. Et deniq; in his iuris peritorū definitionibus frequenter non attenditur substantia tantum definiti: sed id, quod ad faciliorem legum interpretationem conducit.

Ceterū diuus Tho. 2. 2. q. 66. art. 3. diligentius furtū definiuit dicēs, furtū est occulta rei aliē acceptio. quo in loco acceptio generis vim habet. cum & rapina acceptio sit rei aliē: & item vsura. dicitio autem, occulta, speciem definiti attingit. est etenim proprium furti quod sic occulta rei aliē acceptio. probatur hoc auctoritate iuriscōsulti in. l. prima. ff. de furt. & in principio. Instit. de obligat. quæ ex delict. nasc. dum inquit, furtum à furuo dictum esse: id est à nigro, vt Labeo ait: quod clam, & obscure fiat, & plerunque nocte, vel à fraude, vt Sabinus ait. idem asserit Isidorus libro quinto etymologiarum. capit. vigesimo sexto. scribens, furtum est clādestina aliē rei contrectatio. Nā

ex hac occulta rei aliē contrectatione, siue acceptione constat, domino inuito id fieri: quia ignorantia efficit inuoluntarium secundum Aristot. 3. Ethico. vnde subdictione iuriscōsulti, fraudulosa, & diui Tho. occulta, cōtinetur, quod rei aliē isthęc occupatio fiat domino inuito. imò apud iuriscōsultū, vt propriam speciem furti ab eo definitā esse cōstet: dicitio fraudulosa, occulta acceptio nē significat: sicuti in eadē. l. 1. probatur in pri. ad rationē vero furti, & eius speciē propriè pertinet occulta rei aliē acceptio, vt ab aliis peccatis, quibus proximo in reb⁹ iniuria fit, distinguatur. cū & rapinæ, vsurg, & similibus conueniat, quod domino inuito rei aliē occupatio fiat. ex quibus ego censeo definitionē diui Tho. magis aptā fore ad furti specialē cognitionē, nec aliē esse à mente iuriscōsulti: nisi quod iuriscōsultus lōgius latiusq; furtū descripsit subseruiēs iuriscōsuli peculiari disciplina.

Hinc deducitur vera definitio rapinæ. est etenim rapina, manifesta ac violenta rei aliē acceptio. vt ipse Thomas explicat dict. quest. 66. arti. quarto. quod sit aliē rei acceptio commune est illi, & furto, atque vsuræ. quod vero sit violenta, & ideò manifesta, propriū id est rapinæ. idcirco ex mente diui Thomæ sat erit apponere in definitione dictionē violēta. ex qua significatur, acceptionem fieri do

mino sciente, & inuito: aut, quod proprius idem Thomas sensit, manifesta acceptio est scribenda: cum ex easatis appareat, fieri acceptione domino sciente, & contradicete.

Item colligitur ex his, furtum, & rapinam differre vt distinctas species, ita quide vt nec furtum rapina sit, nec rapina furtum. idque omnino constat ex eo quod furtu a rapina differat, tanquam species ab ea distincta: siquidem rapina manifestam acceptionem, furtu occultam exigit, authore Aristotele libro. 5. Ethico. capi. 2. ad finem. qua ratione Thomas ab omnibus Theologis receptus in dict. ques. 66. art. 4. expressim probat, furtum & rapinam specie differre.

Ex hac etiam diui Thomae definitione infertur intellect. ad text. in. l. si vendidero. §. cum raptor. ff. de furt. & in prin. Inst. vi bonoru raptor. quibus probatur, rapinam esse speciem furti: & raptorem furem esse, ac furti actione teneri. id etenim verum est secundum impropiam furti definitionem ea ex parte, qua raptor etiam inuito domino rem alienam contrectat. cum frequentissima iuriconsultorum definitio furtum esse constituat, contrectationem reialienae inuito domino. at iuxta propriam specierum, & ipsarum rerum distinctionem, nec rapina species est furti: nec furtum rapinae. extat egregius hac de re locus apud diuum Augustinum libro.

secundo questionum super Exodum. q. 71. a Gratiano relatus in capi. Pœnali. 14. questione. 5. furti nomine, inquit Augustinus, intelligitur omnis illicita vsurpatio rei alienae. non enim rapinam permisit qui furtu prohibuit, sed vtiq; a parte totu itelligi voluit, quidqd illicite rerum proximi aufertur. Haetenus Augusti. aliquot additis, & mutatis per Gratianu citatus: qui cum sensum habuit, quod cum furtum, & rapina ad eundem tendant finem, nempe ad occupationem, & acceptionem rerum alienarum: lata quadam interpretatione propter eundem, quem habent, finem, idem esse videantur: & tamen quia is finis remotus est non propinquus, minimè efficit eandem in vtroque speciem peccati: nec item genus & specie constituit: ipse vero finis propinquus speciem distinguit. atque ideò quia ex propinquo fine raptor vult per potentiam propriam, & vim aliena obtinere: fur vero per astutiam: constituitur diuersa criminis species: prout eleganter explicat diuus Tho. non citato Augustino dict. q. 66. art. 4. ad. 2.

His accedit quod Augustinus furtum appellat partem totius, id est illicite acceptionis, & occupationis rei alienae: quasi secundum eum genus sit illicita rei aliene acceptio: huic autem generi subsint variae species: scilicet furtum: rapina: vsura: & similes: quae ad eundem finem

&

& si remotum tendunt, videlicet ad rerum alienarum illicitam occupationem. Et subdit idem author, in præcepto decalogi prohibita vna specie acceptionis inique rei aliene: omnè rerum alienarum occupationem prohibitam esse ex eo, quod omnes species tendant in eundem finem, ad quem tendit ipsa prohibita species: atq; omnium specieru sit vna, & eadem ratio prohibitionis: & ideò sub ipso furto significatur rapina: & eadem prohibetur non quod sit species furti, nec idem cum furto: sed propter eandem prohibitionis causam.

Ab eadem interpretatione colligitur, non recte verba Augustini intellecta fuisse a glossa in dicto capitulo. pœnali. dum glossa inquit furtum esse partem rapinae: & rapinam esse speciem furti. cuius quidem glossae is est sensus, vt furtum sit pars rapinae integralis compositione prædicamentali speciei, quae integre constat ex genere, & differentiis: rapina autem sit furti pars subiectiua: quia est species furti. vnde furtum est pars rapinae secundum glossam vt genus est pars speciei: rapina vero est species furti: quod ita intelligendum est ex adnotatis per Bart. in. l. qui vsum fructu. ff. de verbo. obligat. etenim licet hic sit sensus glo. nõ tamen is ab Augustino adnotari potuit. siquidè diuus Augustinus furtum par

tem esse dicit non rapinae sed, generis, nempe acceptionis iniquae rei alienae: nec vnquam insinuat, rapinam furti speciem esse.

Postremo illud est considerandum plerunq; furtum, & rapinam non ita proprie accipi, quin aliquoties eorum significatio mutetur, atq; ob id impropria fiat interpretatio: sicuti palam probatur in. c. siquid inuenisti. 14. q. 5. vbi Gratianus ex Augustino, sermone. 19. de verbis domini, inquit, Siquid inuenisti, & nõ reddidisti, rapuisti. Nam in ea specie rapina non committitur proprie: sed ea dictio est exponenda: id est illicite accipisti, secundum Archidia. vbi quem Card. Sanct. Sixti sequitur: idemq; Paulus Castrensis obseruauit in. l. sed eximè di. ff. nequis eum, qui in ius vocat. est. igitur ex his satis constat quid furtum sit: quid item rapina: & an furtum & rapina differant tanquam genus, & species, vel tanquam species distinctae, & separate.

Ex furti definitione poterit examinari ratio, cur ob necessitatem extremam liceat absque furti, vel rapinae vitio res alienas accipere ad subleuandam eam necessitatem. Nam ratio ab eo deducitur, quod propter necessitate & ad eam subleuandam omnia sunt communia. siquidem natura ipsa institutum est, vt res inferiores sint ordinatae, & destinatae ad hominum necessitatem. quam ob rem diuisio rerum, quae post



Secundæ partis relect.

instituzione in iuris naturalis facta est, non derogat rationi naturali, quæ dicitur ex rebus temporalibus subueniendum esse hominum necessitati extremæ. Esurientium panis est, inquit Ambrosius sermone. 81. quem tu detines, nudorum indumentum est, quod tu recludis, & miserorum redemptio est, & absolutio est pecunia, quàm tu in terra defodis. capit. sicut hi. 47. distinct. gloss. in capit. si quis. de furt. & ibi Docto. Thomas in. 2. 2. q. 66. articulo. 7. quibus suffragantur ea, quæ de elemosina diximus in libr. tertio Variar. resolutionum, capit. decimo quarto. num. quinto, & in huius relectionis parte prima. nu. secundo. quibus rectè perpensis apparet in hac specie furtum non committi, etiam si domino invito res auferantur: quia cum vrget extrema necessitas res illæ, quæ proprium dominum habere videntur, communes sunt, non aliæ. Nec quidquam impedit contraria possessoris voluntas: quippe quæ inordinata sit, & iniqua: & ideo qui patitur extremam necessitatem, si rem alienam accipiat, propriam, aut saltem communem accipere videtur, & ex consensu saltem debito possessoris: sicuti communi omnium sententia traditum extat. Et notatur in capitulo. discipulos. de consecratione, distinctione. quinta. discipulos, inquit Apollonius, cum per segetes tran-

secundo euellerent spicas, & ederent, ipsius Christi vox innocentes vocat: quia coacti fame hoc fecerunt. id probatur Matthæi capit. duodecimo secundo, vnde apparet, extra casum necessitatis non licere ex vinea alterius, etiam viatoribus vuas aduefcendum colligere: quod Ripa in. l. damn. columna secunda. ff. de damn. infect. verum esse censet, vbi viator vuas colligit, vt se cum ferat: Secus tamen vt statim eas in vinea, vel in ipsa via comedat, nam hoc licite fit: etiam seclusa necessitate famis & probatur Deuteronomii. capi. decimo tertio, cuius meminit hac in specie Guandinus in tract. maleficiorum rubr. de pœnis. columna antepe.

Necessitas autem extrema tunc dicitur, quando imminet vitæ periculum, cui aliter quàm per hanc acceptionem subueniri non potest. vt explicat Thomas dic. art. 7. & quod libet. 5. art. 16. quod cuiusque rectum & sincerum arbitrium definire oportune, & pie poterit.

Hinc vera interpretatio deducitur ad text. in. d. cap. si quis propter necessitatem. cuius hæc sunt verba. si quis propter necessitatem famis, aut nuditatis furatus fuerit cibaria, vestes, vel pecus, poeniteat hebdomadas tres: & si reddiderit, non cogatur ieiunare. Hactenus ille textus, ex quo patet occupantem rem alienam, vel eam accipientem propter necessitatem, peccare quidem,

dem, & debere peccati poenitentiam agere. quod contrarium est his, quæ modo tradidimus. Et ob id ea decisio tunc obrinet, cum necessitas extrema non est, sed alquanto remissior: nam eo casu peccatum, re alienam accipiens committit, & poenitere debet: quemadmodum asserunt gloss. & Docto. in dict. capit. si quis. Panor. in capit. quoniam. de Simonia. diuus Thom. in dict. artic. septimo. ad primum & Syluester. verb. furtum. q. 3. sed tunc queritur qua ratione in eodem capite responsum est, quod si reddiderit non cogatur ieiunare, aut etenim is peccauit, accipiendo re alienam: & tunc etiam si restituat, poenitere debet, ob crimine commissum, aut non peccauit, & tunc poenitentia necessaria non est. huic vero obiectio ni respondendum erit, hanc poenitentiam agendam esse non propter peccatum commissum in accipiendo re alienam ea maior esse debet, sed propter moram commissam in restitutione: atque ideo erit capitis sensus, quod accipiens re alienam causa necessitatis quæ extrema non sit, debeat poenitere ob moram commissam in restitutione, & ideo si statim restituerit liber erit ab hac poenitentia: non tamen ab ea quæ iniungi potuit propter ipsius acceptionis peccatum. Item & aliter eadem decisio intelligenda erit in hunc sanem modum, vt cum necessitas extrema sit, accipiens alienam re teneatur ex quadam super erogatione tribus hebdomadis

poenitere eo quod illa acceptio imaginem furti habeat: & tamen ab ea poenitentia sit liber per accepti restitutionem, vel tandem constituamus eum textum loqui cum ob necessitatem grauem non tamen extremam, res aliena accipitur: etenim eo casu minor est culpa: & ideo leuis iniungitur poenitentia, quæ pretermitti potest, si fiat accepti restitutio. itaque hic intellectus ad modum conuenit his, quæ gl. Thomas & Panormi. tradidit, & quæ ipse notauit in dict. capit. 14. num. 5.

Quid tamen erit agendum cum is, qui ob extremam necessitatem rem alienam accepit, piguiorem nactus fuerit fortunam: an ad restitutionem teneatur: & gl. communiter inibi recepta in hac reg. peccatum. argumen. textus, & eorum quæ adnotantur ibi in ca. Odoardus. de solut. probare videtur, hunc teneri ad restitutionem rei alienæ, quam acceperit ad subleuandam extremam necessitatem. quin & in hac specie hanc opinionem tenuerunt Docto. in dicto. capi. si quis propter. Ioann. Lupi. in rubr. de donatione. §. 65. num. 47. Adria. in quarto in tract. de restitutione. capi. quia dictum est de aliquo. Almain. in. 4. sent. distinct. 15. q. secunda. Ioan. Medi. de restit. quest. tertia, in princ. quibus ad stipulatur secundum aliam interpretationem textus in. d. cap. si quis propter, vt ex eo cogatur quis

ieiunare, & pœnitentiam agere, quod rem alienam acceptam ob extremam necessitatem: accipiēs feliciorē nactus fortunam, nō restituerit. hoc idem ratione probatur. is etenim qui extrema laborat necessitate non habet maius ad rem alienam ius, quàm quod dominus in eum transferre tenetur: dominus autem non tenetur inopi rē propriā donare ad subleuandam inopiam: sed satis erit, quod inopiam det, & tradat titulo, & causa mutui, ea protestatione vt & inops bona, & patrimonium postea nactus teneatur mutuam pecuniam soluere, secundū Adri. quod lib. 1. art. 2. col. 3. tametsi cōtrarium probare conetur Ioannes à Medina in tractat. de eleemosyna. capitulo, an extreme indigenti sit necessario facienda eleemosyna donādo. igitur & in hoc casu rē acceptam ob extremam necessitatem tenebitur quis feliciorē adsequutus fortunam restituere. Quod vero diximus, quinquam non teneri ad donandum libere aliquid existentī in extrema necessitate, patet. Quia non tenetur ad aliud quam ad subueniendum pauperi, & subleuandā eius necessitatem: quæ quidem tollitur per dationem mutui, modo ea datio verisimili coniectura nequāquam tendat in pauperis oppressiōnem. Sic edicto regis sancitum est, quod pauperes litigantes nihil teneantur soluere, nec

vllum stipendium reddere tabelionibus: aliisque tribunalium ministris: modò iuramento præstito promittant ea stipendia se soluturos cū ad pinguiorem deuenierint fortunam. atque ita opinionem istam veram esse censeo, modò absit fraus, & oppressio pauperum. tametsi Scotus, Ricardus, & alii in quarto sententiarum distinctione. 15. contrarium teneant: & eos sequutus post Angel. Syluest. in summa verb. furtum. quæstio. 5. asseuerans eorum sententiam communem esse: & probari ex eo quod tempore necessitatis extreme res omnes communes sint. & vt propriæ ab inope patiēti extremā necessitatē possint accipi, & accipiētis efficiantur. quæquidē ratio infirma est, & minus cōueniēs quā par erat huius opinionis necessarię probationi. si quidē tēpore extremæ necessitatis omnia sunt cōmunia iuxta recti moderaminis rationē: scilicet ad subleuandā necessitatē: quæ tollitur & subleuatur etiā si bona aliena accipiātur eo titulo, & causa, vt postmodū prospera fauēte fortuna dño restituātur: ita etenī satisfit præcepto dandi eleemosynam, & eius fini: nec necessaria est ad huius præcepti obseruationem, datio omnino liberalis: modò ita fiat, vt verè pauperi nullū afferat dispendium. Nō me latet Scoti, & aliorum opinionem satis piam esse, & à plerisq; viris doctissimis probatā

porbatam fuisse: sed & prior sententia rationibus, atq; auctoritatibus etiam probari poterit.

Quæritur hoc in loco nō immerito: cum præceptum furtum prohibens, interpretationem hanc accipiat, vt minime violetur si res aliena capiatur ad subleuandam extremam vite necessitatem: cur præceptum fornicationem prohibens, itidem non habeat eundem sensum, vt licita sit fornicatio ad euitandum mortis periculū? Etenim adulteriū, nec fornicatio minime licent, nec licere possunt ob famis, nec ob vitæ periculum effugiendum: sicuti certissimū est, & probatur in. l. palam. vers. non est. ff. de ritu nupt. E glo. in dict. cap. si quis. inquit, eam esse rationem, quod propter necessitatem extremam res aliena communis efficitur: nō sic in fornicatiōe: quia debet quis potius omnia mala pati quam peccato cōsentire. Quæ sane ratio satis incōgrua est: quippe quæ nequaquam explicet cur non liceat ob effugiendum mortis periculum & propter vitæ necessitatem extremam fornicari: & deniq; non aperit, cur malum hoc fornicationis non fiat licitum & amittat propriam maliciam ex circūstantia necessitatis extreme ad vitæ periculū effugiendū. Quam obrē Panormi. in dict. cap. Si quis propter necessitatem. aliā rationem cōminiscitur dicēs, ideo tempore extremæ necessita-

tis minime licitam esse fornicationem, quod humana creatura nō veniat fructuū appellatione, nec fructus censeatur: sicuti censet iurisconsultus in. l. in pecudū. ff. de vsur. §. in pecudum. inst. de rer. diuisio. eandem rationem tradit Ioan. Andre. in dict. cap. si quis propter. vnde licet permissum sit naturali iure rem alienam accipi ad extremæ inopiæ necessitatem subleuandam: id obtinet in rebus. quæ fructum appellatione veniunt, & fructus reddere solēt: non in his, quæ fructuū nomen non habent. verum isthæc ratio inutilis est, nec dubitationi aliqua ex parte satisfacit. etenim ipse non diffiteor ancillarum partus, & foetus, fructus non esse, nec eorum appellatione comprehendī: & ideo ad proprietarium non ad vsufructuarium pertinere. idq; obtinuit apud iuriscōsultos quadā reuerētia diuinæ pulchritudinis, ad cuius imaginē homo creatus est, & vt ei mundus, omniaq; animalia sub seruiret, & famularētur: atq; ita ob hanc hominis excellentiā, ne partus humani brutis anima libus pares, et æquales cēserētur, ea sentētia recepta fuit, qua diffinitū est, partus ancillarum fructus nō esse: nec eorum appellatione venire, qua de re non satis apud veteres iuriscōsultos conueniebat, auctore Cicerone lib. primo. de finibus bonor. & malorū. statim in initio, dum inquit. An partus



Secundæ partis Relectionis:

ancillæ sit ne in fructu habedus, differetur inter principes ciuitatis. P. Sceuolam Marcūq; Maniliū; ab hisq; M. Brutus dissentiet: quod & acutum genus est, & ad vsus ciuium non inutile: nosq; ea scripta reliquaq; eiusdem generis & legimus libenter, & legemus, hæc, quæ vitam continet omnem negligentur? Hæc Cicero. & tamen non ex hoc congrua ratio datur in quaestione proposita: cum ab eisdem iurisconsultis receptum sit, vsus, & vsus fructū in ancillis constitui posse. Et præterea ob necessitatem extremam famis licet patri filios vendere. l. 2. C. de patri. qui filios distr. item si cut potest existens in extrema necessitate ad eam subleuandam accipere numos alterius, ita & seruum alienum, vt eum vèdat, quæ ratq; ex precio victum. Fit igitur non esse Ioan. Andre. & Panorm. rationem sufficientem. imo ni fallor, ea est satis incōcinna, & inutilis. Philippus Deti. in. l. quæ propter. ff. de reg. iur. eam esse rationem huic quaestioni aptam censet, quod per coitū minime periculo mortis, quod ex fame imminet, obuiam eatur. & ideo fornicatio etiam ob extremam necessitatem, & inopiam licita non est, nec vllō iure permittitur. Sed & hic auctor alioqui subtili præditus ingenio, acriq; iudicio, dubio procul hac in re fallitur. Nā etsi per coitum fornicarium im-

mediate minime subueniatur necessitati famis, et periculo vitæ, mediate tamen subuenitur ex precio ipsius fornicationis, quod sufficit, vt necessitas excuset: sicut excusatur qui patiens extremam necessitatem non accipit alienum partum, sed argenteum vas, & id vendit ad emendum ex precio cibos sibi necessarios, licet argentum directe non tollat, nec immediate famē. præsertim deficit ratio Detii: cum hic nō tantū agatur de accipiendis rebus alienis ad vitandā famē: nec tantū tractatur de vitando periculo mortis imminētis ex fame: sed & de effugiendo periculo mortis aliūde vt cūq; imminētis, & de cōstituto in extrema necessitate vitæ vel ratione famis, vel homicidii: iuxta ea, quæ iā adnotauimus in huius relectionis parte. 1. ad interpretationē tex. i. ca. officii. de pœnit. & remi. hinc autē rationi, quā Detius tradit, suffragantur verba. S. Thomæ. 2. 2. q. 64. art. 7. ad. 4. ita scribēs: actus fornicationis, vel adulterii non ordinatur ad conseruationē priopre vitæ ex necessitate. quarta igitur ratio huic cōtrouersie offerri solet, que dicitur, licitū esse ob effugiendum mortis periculū ei, qui patitur extremā necessitatē, rē alienā capere: non tamē fornicari: quia dispēfatiōe diuina opus est ad hoc vt præcepta, & leges diuinæ prætermittantur: in lege vero diuina, quæ furtū prohibet, dispēfatio diuina omni-

no

no apparet ex causa necessitatis, capit. discipulos. de consecr. dist. 5. at circa preceptū illud: nō mōchaberis: nullibi reperitur diuina dispensatio, nec ratione extremæ necessitatis, nec ex alia causa. Et ideo non est licita fornicatio ad vitandum mortis periculum absque diuina reuelatione. hæc ratio deducitur à glo. quam inibi notat Card. Alexandri. in cap. quoniā. 48. dist. & sensere idē Syluest. verb. metus. q. 7. & Almai. in moralibus. q. de metu. proposit. 3. imo coitus cū fœmina, quæ vxor nō est, si ex diuina reuelatione permittatur, coniugalis est vere: quia deus matrimonii institutor, & auctor eam fœminam in coniugium & matrimoniū tradit coeunti cū ea: secūdū Thomā. 1. 2. q. 100. ar. 8. Hęc vero ratio adhuc nō placet quippe quæ non diffiniat, qua ex causa in hoc præcepto: nō mōchaberis: non sit quandoq; ex necessitate saltē extrema dispēfatiō: sicut in illo: non furtum facies: idcirco quinta ratio reddi poterit, si animaduertamus, acceptiōne rei alienæ ideo reprobata, & illicita esse: quia est proximo iniura, & iniuriosa: hæc vero iniuria cessat plane ex consensu domini expresso, vel tacito, dato quidē, vel debito: qualis contingit tempore extremæ necessitatis, quo tenentur rerū domini cōsentire, quod pauperes eorū res accipiant ad subueniendū inopia, & necessitati, quibus ipsi

opprimuntur: & ideo præceptū illud, quo prohibetur acceptio rei alienæ, nequaquam hanc cōtinet acceptiōne, quæ fit absq; iniuria proximum ipsius dñi consensu saltem debito. At præceptū, quod fornicationē prohibet, ideo eam prohibet, quia malū est adulteriū ipsum, item mala est ipsa fornicatio. quorum malitia voluntate & cōsensu humano tolli nō potest: ideoq; nec mariti consensus, nec ipsius fœminæ voluntas sufficit ad tollendam adulterii, nec fornicationis simplicis maliciam: qua ratione extrema necessitas vitæ minime efficit, nec efficere potest fornicationem licitam: sicut efficit acceptiōne rei alienæ: siquidem circumstantia extremæ necessitatis in acceptiōne ista, tollit ab ea maliciam, quam alioqui actus ipse habere solet, atq; ita rem hanc distinxit Ioan. Medina de restitutione. questione. 19. vlt. col. Sexta nihilo minus huic disputationi additur ratio in hunc sane modū. præcepta enim, & leges naturales habent velut moderatricem, & interpretem rectam rationem secundum quam pronuncianum est, actus humanos sub legibus, & præceptis contineri, vel non, recta vero ratio præceptum hoc: nō furtum facies, interpretatur ita plane, vt acceptio rei alienæ tempore necessitatis extremæ nequaquam sub prohibitione legis comprehendatur.

Nam



Secundæ partis relect.

Nam recta ratio preceptum diuini interpretatione quadam ita moderatur: quasi necessitas omnia faciat omnibus cõmunia, furtiq; rationẽ excludat: cũ melius sit diuitẽ rei vnus priuationẽ pati, quam vt pauper fame pereat: hoc etenim iudicat, & interpretatur recta ratio. Nõ sic eadẽ reãtũ do ratiõis interpretatur preceptũ prohibens fornicationẽ: cũ rei publicæ, & rationi naturali magis cõueniat, & consonum sit quenquã mori, quam quod cum ea fœmina cõmerciũ carnale habeat, quæ propria vxor non sit: quemadmodũ & in epitome in. 4. adnotauit. 2. part. cap. 3. §. 4. num. 5.

Septima fortassis ratio non omnino videbitur incõcinna, nec absurda: si diligenter, ac mature pensitemus, ea quæ legibus naturalibus, ac diuinis prohibita sunt, maliciam quandam habere ob fragilem humanæ creaturæ sensualitatem, quæ ratione, qua nos Deus ipse muniuit, destituta, quotidie nos ipsos vrget, & discruciat. Quod si hæc malitia attentã circumstantia cõtingenti cessauerit, haud dubie preceptum ipsum hoc in actu cessat, ipsaq; prohibitio diuinæ legis minimẽ casum istũ cõplectitur. & ideo e contrario si malicia actus lege diuina prohibiti, ratione contingentis circumstantiæ nõ cessauerit: nec ipsa precepti prohibitio cessat, nec diuina lex in eo actu minorem obligatio

nẽ, & vim habet, quã si circumstantia illa non cõtingeret. Sic acceptio rei alienæ prohibita est iure naturali, & diuino propter maliciam, quam actus hic habet ex eo, quod fit iniuria proximo, eiq; damnũ infertur: at malicia ista omnino cessat aliquot casibus: in quibus preceptum nec violatur, nec legi diuinæ, aut naturali contradicitur: nempe cum quis rem à domino aufert: ensẽ inquam, ne vel se ipsum, vel alterum occidat. idẽ si res à domino auferatur ad subueniendum extremæ inopiæ, quã accipiens patitur. Malicia etenim, quæ acceptio rei alienæ solet ad hære, tũc procul abest: quia nec iniuria domino fit, nec damnum ei infertur: imo ea acceptio fit eius consensu saltem debito, & quem dominus teneretur adhibere. eadem ratione oportet expẽdas preceptum illud non occides: siquidem homicidium priuata perpetratum autoritate, quod inibi prohibetur, maliciam habet ex eo quod proximus innocens occiditur, ei que fit ex ea occisione iniuria: siue occidatur à priuato, siue à iudice, qui non publica sed priuata utitur auctoritate, cum innocentem, & innoxium occidit. At tunc occisio hominis erit: ob vitandam mortem, & periculũ vitæ licita, quoties hæc extrema necessitas auferat maliciam actus: & ideo aggressorem occidens aliter mortem effugere non valens

§. primus.

lens minimẽ peccat contra preceptum legis naturalis, nec diuinæ: cum ob extremam hanc defensionis propriæ necessitatem cesset malicia actus homicidii, ex quo nulla fit iniuria proximo, qui nocentissimus propter aggressio nis causam occiditur ab eo, qui iure defensionis potuit eum occidere, aliter propriam mortem, & iniuriam non euasurus. Non erit idem, si quis innocentem occiderit, cum non posset alioqui mortem effugere: scilicet ad uescendum corpus innocentis, ne fame periret occisor. Nam hæc extrema necessitas non tollit maliciam actus homicidii: cũ adhuc vt cunq; vrgeat fames, innocens alter est, qui occiditur. Sic deniq; fornicatio lege naturali, & diuina prohibita eam maliciam habet, quod ex appetitu, ac sensualitate aduersus rationem quis carnale cõmerciũ habeat cum ea fœmina, quæ vxor non est. siquidem lege naturali coitus tantum coniugalis licet hominibus, & sic animalibus ratione præditis, iuxta. l. primã. §. ius naturale. ff. de iust. & iure. capitulo. ius naturale. 1. distin. quorum interpretationem explicuimus in Epitome ad. 4. decret. parte. 2. in princ. num. 6. expendamus igitur, an fornicationis malicia tollatur ex circumstantia necessitatis extremæ: imminenti fame, vel mortis periculo: à quo nisi qs fornicetur euadere nequit. & pro

fecto patet non tolli tunc maliciam huius actus: quia propter hæc circumstantiam nõ efficitur vxor ea, quæ non est, nec coitus efficitur coniugalis. & ideo minime licet ob extremam necessitatem fornicari: cum & si deus possit peculiari ratione fœminã aliquã viro in coniugium tradere, & ea ratione permittere coitum cum fœmina, quæ ex contractu humano vxor non erat: attamen deus ipse nunquam dispensat, nec dispensare potest quod seclusa ratione cõiugii, & absq; vxoria lege qs fornicetur. si quidem manẽte malicia actus, non potest deus eundem actum permittere: quemadmodum manifeste deducitur à diuo Thoma. 12. q. 100. art. 8. hanc ipse arbitror esse veram rationem constituendi differentiam inter hæc duo precepta: non furtum facies: & non mœchaberis. ex quibus etiam colligitur an actus lege diuina, & naturali prohibiti, & secundum propriam eorũ maliciam illiciti, possint aliqua ex causa, ob aliquam circumstantiẽ rationem esse liciti, & absq; peccati culpa fieri, & licere, quod potissimum ad mores pertinet.

Ex. §. sequenti.

x Meretrix petere potest apud iudicem exteriorem, mercedem sibi promissam ob fornicationem. Et ibi intellectus. l. 4. §. sed quod meretrici.

- meretrici. ff. de condic. ob. tu. p. caus.
2. Donatio fieri potest concubina, præterquam à milite, & Clerico.
 3. Nihil refert quantum ad donationem, nec quo ad precium fornicationis, sit ne publica meretrix, an occulta fornicatrix.
 4. Datum meretrici: an ab ea retineri possit seclusa causa donationis?
 5. Promissum parasitis ob verbera, vel alapas, an peti possit?
 6. Expenditur tex. in. l. 4. in princ. ff. de cond. ob turp. caus.
 7. Datum causa maleficii, & turpitudinis: an sit necessario restituendum danti, qui in eadem turpitudine versatur: an pauperibus: vel an possit retineri ab accipiente?
 8. Intellectus ad. textum. in capitulo. Veniens. de Simonia.

§. Secundus.



Roxime actum est de fornicatione, an ea licita sit ob extremam famis necessitatē: idcirco tertio loco à prima, quam constituimus, regula, colligitur, sit ne restituendum quod ex fornicatione, ac meretricio aduersum fuerit: & an ea acceptio sit iniusta siue in iniuriā proximi, siue quia lege prohibita: cui quaestioni præmittendum est, an meretrix apud iudicem exteriorem petere possit, sequuta copula, mercedem ob eam sibi promissam?

Et quod agere non possit foemina ad pecuniam ob fornicationem promissam, probatur primo ex. l. tertia. & 4. in princ. ff. de condic. ob turp. caus, quibus decisum est, in pari causa turpitudinis potiorē esse possidentem. Sed in hac specie par est causa turpitudinis: igitur qui nondum cōuentam pecuniā soluit: & eam retinet, potiora habet iura. Secundo, conditio turpis vitiat contractum, & vitiatur: promissumque ob agendum maleficium peti nō potest. l. mercalem. C. de cond. ob turp. caus. l. iuris gentium. §. si ob maleficium. ff. de pact. l. si plagii. l. generaliter. ff. de verb. oblig. ergo cum promissum meretrici datur propter maleficium: nec promissio tenet, nec ex ea agere meretrix poterit. Tertio: nemo est dominus membrorum suorum præsertim ad vsum illicitum. l. liber homo. ff. ad. l. Aquil. capitulo. contingit. de sent. exco. meretrix igitur, quæ sui corporis domina non est, nulla ratione mercedem pacisci valet ob vsum venereum, vsum inquam proprii corporis illicitum. Quibus tandem pars ista probari poterit: quam veram esse censent, glossa. in dicta. l. quarta. §. sed quod meretrici. & in. l. secunda. Codice. de condic. ob turpem causam. & in. l. affectionis. ff. de dona. Imola. ibi. Ange. Bald. Paul. & Iason i dic. §. sed quod meretrici. Zasius

in

in. l. generaliter. superius citata. Fortuni. in dict. §. si ob maleficiū. verum contraria sententia rationibus, & auctoritatibus probatur. Nam & iuris consultus in dict. §. sed quod meretrici. expressim scribit, meretricem turpiter agere, nō tamen turpiter data, & promissa accipere. vnde licet actus venereus, ob quem datur pecunia, illicitus sit, & turpis: ipsa tamen acceptio pecuniæ turpis non est, nec iure improbata. qua ratione sicuti data turpitudine vtriusque dantis, & accipientis, non est locus repetitioni: ita cum ex parte accipientis turpitudine in ipsa acceptioe minime datur, non tantū locus non est repetitioni: sed & locus datur exactioni: vt differat iuris consulti responsum in dict. §. sed quod meretrici. à respōso. l. 3. & 4. in principio. deinde quāuis fornicatio praua sit, & iure diuino vetita, ipsa tamen meretrix domina est sui corporis, & materia vendibilis est, nec ipsa venditio actus venerei illicita cēsetur: & licet actus venereus ex seipso malus sit, eius tamen venditio nō est prohibita, nec illicita ratione meretricis. etenim dare mulieri aliquā pecuniam pro usu venereo antequam is sequatur, malū est, quia datio illa imperatur à luxuria, & à praua sensualitate procedit: at datio pecuniæ meretrici promissæ, cū ea fiat post actū venereū, mala nō est: sed actus iustitiæ à nullo vitio

imperatus: quia materia vendibilis in hac datione adducitur: sicuti explicat eleganter Caietan. 22. q. 32. ar. 7. Rursus ex hoc, vt magis vrgeat argumētatio, adsumo propositionē hanc: videlicet in hac pacto, ne, quæ cum meretrice fit, materiā adductam in conuentionē, & pretii cōmutationem, vendibilem esse. quod probatur præter autoritatē Caiet. ex ipsius iuris consulti loco: vbi fatetur in hac specie meretricē licitē mercedē accipere, & adquisitionē ipsam licitam esse, immūne quidē à turpitudine. idem fatetur Thom. in dict. q. 32. arti. 7. sed si materia vendibilis nō foret, profectō dubio procul meretrix ipsa turpiter acciperet: cū ipse actus venditionis ex propria natura esset illicitus: ac necessariō sequeretur, dationē & receptionē procedentes ab ipsa venditione secundū propriam naturā illicita, itidē illicitas esse, & turpes: vt in Simonia, & in cōuentione, quæ cum aliquo fit, vt iniquā sententiā ferat. quod satis cōstat ex diuo Thoma in dict. art. 7. & Iuris consulto in dict. l. 3. latiusq; à nobis in sequentibus explicabitur. At si materia vendibilis est, nō video qua ratione cōuentione ista quātū ad cōmutationē pertinet ex se ipsa turpis sit, nec ex parte dantis, nec ex parte recipientis: siquidē qui dat, vel promittit pretiū ob eā rē quæ vendi potest, legē sequitur cōmutatiuæ iustitiæ: recipiens eodē pacto eandē legem seruat,

seruat, ac iuste recipit mercedem, & precium rei, quam videri potuit. igitur pactio hæc seruanda est, & promittens cogendus erit promissam mercedem soluere. Non obstat iuris consulti responsio, qua asseuerat dantem turpiter agere. Nam actus ipse venereus vtriusque maris & femine turpitudinem habet: atque ita pactio ipsa contingens inter virum & meretricem ratione huius actus, & quatenus ex appetitu, & libidine fit etiam turpis est non tantum ex parte viri, sed & ex parte meretricis: sed quatenus datio, & receptio mercedis, eiusque promissio & stipulatio seorsum possunt censeretur, turpitudinem non habent. datio inquam vel promissio, quia fit in compensationem, & mercedem, ac precium corporis ipsius meretricis quo ad usum venerum, qui vendibilis est: & ideo ad iustitiam commutativam pertinet, acceptio vero quia meretrix mercedem, & precium recipit eius laboris, & usus, qui vendibilis est, & tamen nihilominus dantis, vel promittentis turpitudine versatur: quia datio meretricem prouocat ad fornicationem, & procedit ab appetitu & libidine coitus, non sic receptio meretricis, vel mercedis pactio: quippe quæ non procedat ab appetitu actus veneri, sed ut habeat ipsa mercedem, et precium usus corporis ad actum fornicationis. quo fit, ut nec ipsa datio turpis sit quatenus

ea tendit ad stipendium, & mercedem actus veneri, & usus corporis, quem ipsa præstat meretrix, & ob quem precium habere potest. igitur qui meretrici mercedem promissit, iam post ipsum actum venereum cogendus erit eam soluere, etiam si ante coitum pactum fecerit: quum in hac specie non sit tractandum de promissione, aut datione quatenus turpitudinem habet, sed de ea qua ex parte iustitiam respicit commutativam, hic etenim est verus sensus iuris consulti in dicto. §. sed & quod meretrici.

Secundo eadem sententia, qua asferitur, promissionem factam meretrici seruandam esse etiam apud iudicem exteriorem, & promittentem cogendum fore ad promissio solutionem, probatur Genesios cap. 38. quo in loco Iudas mercedem promissam Thammar, quæ habitum meretricium assumpserat ob fornicationem, eidem soluit, & misit post ipsum actum venereum: profecto non alia ratione quam quod teneretur mercedem promissam meretrici soluere.

Tertio eadem opinio satis apud iuris consultum probatur in. l. affectionis. ff. de donat. qui censet, donationem posse fieri meretrici, & ei factam validam esse: non tantum quo ad exceptionem: sed & quo ad actionem, secundum magis communem doct. interpretationem contra. glo. vbi. ad idem optimus

mus tex. in. l. donationes in concubinam in princ. ff. eo. titulo. & id constat argumento ab speciali: nam si minor, & miles non potest donare meretrici secundum nota. in dict. l. affectionis. ob specialem quandam rationem: qui minor non sit, nec miles donare meretrici poterit. l. miles ita. §. ff. de milit. testam. vbi itidem probatur eum, qui miles non sit, non tantum donare posse meretrici, & concubinæ, sed etiam legare in testamento, & eam hæredem instituire, quod Ant. Butri. cons. 14. & eleganter Iason. cons. 37. lib. 3. adnotarunt. tradunt hæc de re plura Bart. & Doct. in dict. l. affectionis. Roman. cons. 43. Anca. cons. 247. Capicius in decis. Neapolit. 102. qui & de concubina clerici loquuntur examinantes, quando ei donari à clerico possit. quibus adde. l. 22. cum sequentibus. titulo. 3. lib. 1. ordinat. & Ioan. Iupi. in rub. de donat. int. vir. & vxor. §. 39. Na & Raphael Cum. in dict. l. miles ita. §. 1. Bald. cons. 457. lib. 5. & Iason. in dicto cons. 37. colu. 2. lib. 3. existimant, etiã pagano minime licere donationem facere mulieri, cum qua habet adulterium, incestum ve commercium. fit tandem ex his, ut constitutissimum sit, mercedem meretrici ob fornicationem promissam, modo absit dolus, & fraus, eidem soluendam esse, promittentemque à iudice compellendum fore ad eius solutionem. quam opi

nionem tenent Cinus. & Saly. in. l. 2. C. de cond. ob. turp. caus. Bart. & Alex. in dict. §. sed & quod meretrici. idem Bart. in dict. l. affectionis. Alex. in dict. 1. generaliter. Abba. in cap. quia plerique. num. 14. de immunit. eccles. Ripa. in. l. si plagii. ff. de verb. oblig. col. penulti. Ioan. Iupi. in dict. rub. §. 40. Sali. in. l. ea qua. C. de dona. aht. nupt. Bart. & Areti. in dict. l. generaliter. quo in loco Iason & Zasius num. 29. testantur hanc opinionem communem esse: Nec oberunt ea, quæ ad probationem prioris sententia adducta fuere: siquidem. l. 3. & 4. tunc obtinent, quando datio, & receptio vtrinque est illicita, & reprobata: at in hac specie acceptio licita est: imo & ipsa datio quatenus procedit à lege iustitiæ, & à promissione dati in mercedem eius operis, quod precium habere potest: iuxta ea, quæ modo adnotauimus. item iuris consulti responsum in dict. §. si ob maleficiu. ita intelligendum est, ut procedat in maleficio, quod lege exteriori punitur quantum ad ipsum recipientem pactio: siquidem ratione eius actus, qui iure humano punitur, nemo potest iure quidquam pacisci, nec stipulari. l. mercalem. C. de codic. ob turp. caus. qua ratione, etiam si ex propria natura materia vendibilis sit, quia lex ipsa humana actum ipsum punit, propter quam pactio fit: vere dici non poterit, eadem le-



ge humana pactioem istam validam esse, qua quidquam promissum fuerit ob maleficium committendum. Sic sane cum lege humana actus puniatur, nullo pacto potest valida cæseri pactio, quæ tendit vt precium constitutur ob actionem illius actus, qui lege ipsa punitur: atq; ideo tunc versabitur vitium, & turpitudonon tantum in ipso dante aliquid ob maleficium, sed & in ipso accipiente, qui paciscitur mercedem pro eo, quod apud iudicem puniri debet, vel pro ea re, quæ vendibilis non est, optimus tex. in dict. l. 4. Vltima ratio ex lege, liber homo. ff. ad legem Aquili. non nocet huic conclusioni. Nam licet nemo dominus sit membrorum suorum, est tamen dominus vsus proprii corporis: siquidem vsus corporis locare potest propter mercedis precium: sicuti manifeste probatur apud iuris consultos, qui locationem operarum passim permittunt, & probant. Quod si dixeris hoc tunc obtinere cum locatio fit ad vsus licitum: non ad illicitum: id facillime tollitur: quia vsus illicitus operatur, quod ipsa locatio illicita sit, item quod non sit cogendus locator conventioni stare: nec tamen ex hoc sequitur, non esse locatori soluendam mercedem, quoties ipse quod in locationem duxit, præstiterit omnino absq; iure reuocationis.

Assertio autem vltima, quæ fre-

quentiori calculo probatam esse diximus, vera est: modo merces huius vsus venerei sit moderata, sicut & hoc necessarium est ad omnium commutationum iustitiam, & præterea oportet quod ipse promittens habeat ius dandi, & promittendi: ita quidem, vt proprio consensu possit obligari: quemadmodum tradidit Henricus in cap. peruenit, de adult. Ioan. Lupi in dict. rubri. §. 41.

Ex his plane deducitur, non recte hac in questione constitui differentiam inter meretricem publicam & foeminam, quæ occulte fornicatur: cum ratione supra scripta diligenter examinata, satis appareat ita esse vsus corporis ad venereum actum, vendibilem in foemina occulte fornicaria, sicut in ea, quæ publice meretricium exercet: tamen si Cinus in l. 2. & ibi Angel. C. de cõdict. ob turp. caus. Abb. in dict. cap. quia pleriq; nume. 14. & seq. Ioan. Lupi in dict. rub. §. 41. teneant in foemina occulte fornicaria, quæ publica meretrix non est, quod nec ipsa petere possit mercedem promissam, & precium fornicationis: nec si datum fuerit, illud possit retinere: imo potius restituere teneatur, etiam in animæ iudicio. hanc sententiam Cini & aliorum scribit comunem esse Adrianus in 4. sent. in tract. de restitutione. §. oritur alia questio. cum hi doctores probant auctoritate tex. in lege, Lucius. ff. de iure filci. quo probari

bati videtur, res datas his occultis fornicariis ad fiscum pertinere, & eas fisco adiudicandas fore. Ego equidem, vt modo adnotabam, opinor hanc opinionem nec communem esse, nec veram: quam obrem eam in duas partes distinguam, quo facilius intelligatur. prima etenim pars tractat, an promittens aliquod precium foeminae propter occultam fornicationem, & eam, quæ meretricia non est, sit cogendus id etiam in foro exteriori solvere. Secunda pars agit de ea questione, an acceptum a foemina, quæ meretrix publica non est ob fornicationem, possit ab ea in iudicio animæ retineri, ita vt ad eius restitutionem minime teneatur. Quo ad primum fateor Cini sententiam in foro exteriori ob eius, & aliorum doctissimorum virorum auctoritatem, frequentissime admitti, & a plerisque iudicibus eam admittendam fore: at non video qua ratione opinio ista vera sit: cum nihil referat foeminam esse publice, vel occulte fornicariam ad iustam ipsius venerei vsus mercedem. Nam iuris consulti responsum in dict. l. Lucius in his, quæ scelere quaesita sunt, & a fisco repeti possunt ob crimen a recipiente commissum, pena temporalis, iudicialiq; dignum non in adquisitis ex fornicatione locum obtinet: atq; ita in his casibus, quibus receptio est illicita: & in specie iuris consulti sibi tractat de

receptione illicita ex eo quod bona sunt auferenda ab herede ea ratione quia propter scelus commissum in morte testatoris, efficitur ipse heres indignus, vel incapax hereditatis iuxta distinctionem doc. in dict. l. Lucius. de iureo satis est distincta iuris consulti species, & eius responsio ab his, quæ in presentiarum de meretricio lucro tractantur, vnde mirum est, cur Cini & alii dict. l. Lucius ad hanc questionem induxerint: cum hic de mercede promissa ob coitum fornicarium tractemus: qui quidem coitus minime punibilis est lege exteriori, & humana. Quod si coitus fornicarius punibilis foret apud iudicem exteriorem, tunc plane probatisimi iuris est, non posse mercedem promissam non solum solvi, sed etiam probatur in l. in re alie. C. de co. ob turp. caus. & id verum est, quoties actus, cuius precium petitur, punibilis est quo ad ipsam petitorum: ne lucrum, & premium consequatur ex eo, vnde poenam iure habere debet.

Secunda questionis pars edisserit quod receptum a foemina, quæ publica meretrix non est, minime potest in interiori animæ iudicio retineri: sed ab ea restituendum est: quia fit ob turpem causam illicitam receptum: quemadmodum Cini, & qui eum sequuntur, asserunt. Quorum sententia falsa est omnino: & contraria ex prædictis manifeste deducitur. Nam si materia hæc in

specie vendibilis est, parum refert vendatur publice, vel secrete: nec item differt venditio fiat ab ea, quæ vendendi officium publice habet, vel ab alia: cum ex propria natura rei materia sit vendibilis, nec eius venditio ratione publici officij permittatur: sed ratione materiae. imo secundum Cini & sequacium opinionem, sequeretur, ipsam meretricem turpius accipere precium pro primo actu, quàm pro sequentibus: quod nemo doctus fatebitur. Sic sane aduersus priorem Cini sententiam hanc ultimam probant, & sequuntur Monaldus in summa tit. de restitutione male adquiretorum. Henric. in cap. peruenit. de adult. Florent. 2. part. tit. 2. capitu. 5. col. 2. Siluest. verb. restitutio. 2. col. 2. Adrian. in dict. §. oritur alia questio. & probatur idem ex eo quod hæc acceptio mercedis coitus venerei, non sit rei alienæ occupatio: cum data sit pecunia ex consensu domini absq; vlla fraude. Nec ipsa receptio sit illicita, nempe lege prohibita: si quidem licet peccatum ipsum manifestam culpam habeat quo ad usum venereum: non tamen quo ad receptionem mercedis: sicuti paulo ante traditum est. Hinc fit, vt nec monacha recipiens ob mercedem coitus absq; vllò dolo pecuniã aliquã, teneatur eam in foro animæ interiori restituere: quod expressim Henric. adnotauit. idem & in fœmina, quæ ma-

ritum habet: etenim si quid ab adultero accipiat ob fornicationem restituere id non tenetur: tametsi iniuriã faciat monacha religioni, & adultera viro. Itē ex superscriptis apparet, quod dicendum sit de opinione, quã hac in questione probare conatur Ioan. à Medina in tract. de restit. q. 20. is etenim scribit, datum meretrici, nec licite recipi, nec posse retineri alia ex causa quã donationis liberæ, & ideo putat, datum meretrici non posse retineri, nec recipi titulo mercedis, & precij actus venerei. Primum quidem opinor hoc esse contrarium eleganti iuriscōsulti responsi in dict. §. sed quod meretrici. vbi probatur, meretricem licite recipere quod datum ei fuerit ob fornicationem: non alia profecto ratione quã quod detur in precium, & mercedem coitus venerei. Alioqui si iuriscōsultus donationis causam in hac datione considerasset: nequaquam distinxisset datum meretrici ab his, quæ aliis ob turpem causam dari solent: cum & in his donationis liberæ titulus receptionem faceret licitum ex propria natura: tametsi causa, quæ ad donandum induxerit, fuerit turpis. non enim ex hoc ipsa donatio libera in vniuersum à lege reprobata censetur: sicuti & ipse Ioannes à Medina fatetur, posse datum propter homicidium, lenocinium, vel aliud turpe crimen, aut propter iniquam iudicis sententiam retineri licite

ob

ob donationis causam. Et præterea cum hæc dationes ob causam fiunt: non potest dici eas donationes esse: quod probatur in l. 1. ff. de donat. & in l. vlt. ff. de cōdict. caus. dat. Secundo probatissimi iuris esse censeo, datum meretrici ob ipsam fornicationem vel ratione conventionis expressæ, vel tacite, in precium vsus venerei, iuste posse ab ipsa recipi, & retineri, etiã si constet, dantem non animo liberali: sed coactum vel à iudice, vel lege pactiois dedisse. hoc enim satis deducitur ab his, quæ paulo ante tradita fuere: modo absit fraus in ipsa acceptance: nec sit excessus aliquis in ipsa receptione: nam is arbitrio boni viri donationis titulum exigit: vt datum recipi, & retineri tute valeat. Quam ob rem existimo eum, qui cum meretrice publica, vel ea fœmina, quæ sui corporis questum facit, coierit absq; expressa conventionione, cogendum fore à iudice lege taciti pacti eidem fœminæ consuetam venerei vsus mercedem soluere. Quibus satis probatum est non esse necessariam donationis causam, nec veram, nec præsumptam ad hoc, vt meretrix tute retineat, aut licite recipiat quod ei ob meretricium datum fuerit: atq; ita hæc questionem diffiniendam esse arbitror. Hinc etiam infertur, an promissum alicui parasito, vel ioculatori, vt is inter ludicra et iocos patiatur aliquot alapas, & verbera: sit ei

necessario soluendum: & promittens soluere cogatur per iudicem: & quãuis Zasius in dicto. l. generaliter. num. 31. velit, nullam hic posse dari coactionem iudicis: ego tamē contra rium censeo quo ad moderatam actus mercedem. Non inficior parasitum ita conuenientem, & paciscentem male facere, & peccare quandoq; mortaliter. Nam hæc ludicra & parasitorum ars licita quidem est ad hominum delectationem: modo ea exerceatur absq; proximi præiudicio, & lesione honestatis, vt explicant Diuus Thomas et Caieta. 2. 2. q. 168. ar. 3. et præced. Syluest. verb. ars. q. 7. tradunt Doctores. n. cap. 1. de vit. & honest. cleri. lib. 6. tamen & si male faciat parasitus locando usum sui corporis ad hæc verbera: nihilominus ex hoc nulla lege exteriori punitur: nec turpiter recipit huius laboris mercedem. Qua in re oportet viros nobiles admōere, has cum parasitis pactioes esse omnino contrarias veræ nobilitatis legibus: idcirco ab eis abstinendum fore: cum sint alia ludicra artis, & parasitici muneris partes, quæ absq; vllò vitio possint magis ad risum, & iocos prouocare, & ad honestam delectationem pertinere: teiam si apud Romanos eo tempore, quo propter Asiaticam luxuriam in perditissimos itum est mores, id in vsu erat. ita etenim in hunc sensum quidam accipiunt illud Martialis lib. 2. ad Posthumum.

Os tibi præcisum, quanto non ipse Latinus,

D iii Villia



Secundæ partis Relectionis.

Vilia Panniculi percussit ora sono.

Cæterum prius quam quæstionem istam egrediamur obseruandum est ad intellectum. 1.3. & 4. ff. de cõdict. ob turp. caus. distinctio nem quandã prænotari posse, aliquot expositis conclusionibus.

Prima quidẽ. Apud iudicẽ exteriorẽ nemini licet agere ad mercedem, vel preciũ eius operis, quod habet crimen ab eodem iudice pœna exteriori puniendum, tex. optimus. in. l. mercalem. C. de cõdict. ob turp. caus.

Secũda. in pari turpitudinis causa lex humana denegat actionem & repetitionẽ eius, quod propter aliquod scelus committendum datũ fuerit. dict. l. 4. in princ. l. 53. art. 14. partit. 5.

Tertia. vt cunq; humana lege denegata sit repetitio eius, quod ob crimen, & maleficium datum fuerit: nõ tamen ex hoc accipiens turtus erit in animæ iudicio, si alioqui vel ratione materiæ, quæ vendibilis nõ erat, vel ex eo quod cõuentio fuerit iniqua teneretur ad restitutionẽ. lex enim, quæ negat danti repetitionẽ in hac specie, nullũ ius tribuit recipienti, nec plus iuris in eũ transfert, quam is ex receptione adquisierit: sicuti in simili argumẽto docet Thom. 2. 2. q. 77. art. 1. ad primũ. igitur quoties tractabitur de obligatione ipsius recipientis ad restituẽdũ ea, quæ ob maleficiũ acceperit, apud iudicẽ interioris iudicii res erit ita exami-

nãda ac si humana lex, quæ repetitionẽ danti ob parẽ turpitudinẽ negauit, quidquã hac in re nõ stauisset. Nisi aliqua ex lege probatũ sit, aut probari iusta ratioẽ queat, per denegationẽ actionis in pœnã turpitudinis, dantẽ priuatũ esse lege humana eo, quod dedit. Nã & tũc erit diligẽter examinandum, cui lex ipa tribuendũ esse censeat id, quod datũ est, ipsi ne recipienti, an fisco, an pauperibus, vel ecclesiæ: quod latius probabitur inferius in materia de Simonia, & in tractatu eorum quæ ob maleficium lege exteriori punibile, data sint.

Quarta conclusio. Etiam si propter parẽ turpitudinis causam quoties datio, & receptio est illicita, minimẽ cõpetat danti repetitio: tamen vbi ipsa receptio est licita, nõ tantũ repetitio negatur, sed & retentio ipsa iustissima est: quod cõstat ex ratione tex. in dict. §. sed quod meretrici.

Extertia cõclusionẽ deducitur resolutio illius quæstionis, qua solet controuerti: an sit necessario faciendã restitutio eorũ, quæ turpiter data, & accepta fuerit: & cui: an ei, qui dedit, vel pauperibus: qua in re quibusdã visum est, restitutionẽ faciẽdã esse necessario, nõ tamẽ danti, sed vel fisco, vel pauperibus. quod ea ratione probatur: quia receptio iniqua est, & à lege reprobata: idcirco non potuit datum ipsi, recipienti adquiri

iuxta

§. Secundus.

iuxta regulam primam, quam in hac relectione secunda parte constituimus. idem adnotari potest ex capitulo. de hoc. de Simonia. vbi satis manifeste scriptum, & responsum est, acceptum ratione Simoniacæ conuentionis absque periculo animæ, retineri non posse. Et ita Doct. inibi adnotarunt, atque in vniuersum propositæ quæstioni respondent Paluda. in. 4. sent. dist. 15. quæstione. 3. articu. 5. versi. 3. conclusio. glo. penultima. in reg. ista. quam interpretamur: quæ quidem sententia frequentiori Doct. consensu recepta est: quemadmodum fatetur Ioan. à Medina de restit. q. 2. cap. 2. incipienti, de eo quod. Nam & nostrates idem præmittunt, dũ glo. eandem sequuntur. quibus ad stipulatur tex. in. l. iuris gentium. §. si ob maleficium. ff. de pact. in. l. generaliter. & in. l. si plagii. ff. de verb. obligat & in. §. prætor ait. ac. §. generaliter. dict. l. iuris gentium. vbi pacta turpia, contra bonos mores, aut contra leges, irrita sunt, & nulla. consequitur igitur harum cõuentionum ratione nullum ius recipienti adquiri: siquidem titulus acquisitionis nullus est. l. non dubium. C. de legibus. Adrianus tamen in. 4. sent. tract. de restitutione. capi. restat in qui rere. ad finem. fatetur plane, accipientem omnino teneri ad restitutionẽ: sed cõtendit posse arbitrio eius eam fieri danti, vel pauperi-

bus. Ioan. à Medina de restitutio. dict. cap. 2. aliter quæstionẽ istam diffinire tẽtat existimans, acceptũ ob maleficium, & turpẽ causam non esse necessario restituendum danti, sed pauperibus causa ipsa sequuta, & sic maleficio cõmisso. quia iam qui dedit ob eam causam, quæ sequuta est, rem donauit, eamq; à se abdicauit, & ideo ei non est restituenda: causa vero non sequuta cõset restitutionem faciendam esse ei, qui dederit: cũ voluntas donationis cesset causa non sequuta. addit præter hæc in Simoniæ causa datis & acceptis non esse restitutionẽ faciẽdã danti, præterquã in casu tex. in cap. veniens. de simo. At Caieta. in summa verb. Simonia exterior, opinatur, tẽporale datũ propter simoniã, nõ sequuta spiritualis traditione, in animæ iudicio ante iudicis sententiã, restituẽdã esse danti: ea ratione quod in pœnã criminis, & inique pactionis lex canonica priuat dantẽ ea re, quã dedit: pœna vero ante cõdemnationẽ iudicis nõ debetur, nec omnino restituẽda est: iuxta resolutionẽ glo. in cap. tua fraternitas. 12. q. 2. quã rationẽ & Ioan. à Medina in vniuersum pro eius responsione validam esse censuit. idem Syluester post Ioan. in summa confessorum, fatetur, verbo. restitutio. 4. §. 1. hoc tamen dimittens arbitrio accipientis: sicut & Adrianus paulo ante citatus existimat. ipse quidẽ quan-



Secundæ partis relect.

tum attinet recipientē, & si communis sententia definierit, cum teneri ad restitutionem eorum, quæ ex iniquis vtrinque conuentionibus adquisierit, vel acceperit: video tamen posse in hunc sane modū distingui. Aut etenim pactio fuit iniqua ex eo quod materia vendibilis non sit: nempe in crimine Simonia, cum res spiritalis, cuius venditio Simonia inducit, æstimari, aut vendi non possit: & in pactioe, qua aliquid promittatur, vt iniqua sententia feratur, vel iustitia ministretur: in his casibus recipiens tenebitur omnino restituere: quippe q̄ nihil dederit, aut fecerit, quod ex propria natura sit precio æstimabile. Quod si materia vendibilis sit: quæ usus corporis, & labor humanus conducitur ad delictum, & ob id conuentio iure improba est, & illicita ratione turpitudinis vtrinque commissæ: fortassis accipiens poterit datum retinere in animæ iudicio in compensationem arbitrio boni viri, ac iustam mercedem laboris impensæ, & industriæ præstitæ ad malefium inducor etenim in hanc sententiam: primū quod licet, à lege istæ conuentiones reprobæ sint, & censeantur: id procedit ad hunc sane effectū, vt ex eis agi non possit, nec teneatur quis promissa seruare: non autem ad hoc vt datum ratione laboris impensæ, restituendum sit ante condemnationē: si qui dedit

potuit propriæ rei trāsferre dominium. deinde quamuis conuentiones istæ indistinctè reprobentur quoad omnes iuris effectus: hoc in pœnam criminis commissi paciscendo fit: sed pœna nō est necessario ante cōdemnationem restituenda. Item si verum esset quod Doct̄or. communiter adnotarūt, sequeretur inde, artificē, aut fabrum conductum ad fabricandū id, quod iure vetitū extat, & in maleficiū perniciosum fabricatur, teneri ad restitutionē eius, quod ob fabricam in mercedem laboris acceperit: sic & miles conductus ad bellū iniustū, quodque ipse iniquissimum esse certo scit, teneretur restituere mercedē iure conductionis sibi ob militiā præstitam: & tamen nec artificē, nec militē ad restitutionē in propositis speciebus ipse nō damnare, nec cōpellerē in animæ iudicio: nec opinor cogi posse. mille profecto possent ad hæc exēpla proponi. vnde mihi nō admodū placet cōmunis doct̄orū opinio, quæ dubio procul obtinet cū accipiens nihil laboris, vel industriæ impedit. Scio tamen frequentissimam omnium sententiam in contrariū probatū iri ex eo, quod conuentiones istæ iure sint reprobatae, & nullę cēseantur: & ideo acceptio sit illicita: eaq̄ ratione inducat obligationem restituendi: tametsi huic rationi possit responderi, veram esse, quoties contractus

ita

§. Secundus.

ita lege reprobatur, quod nec actionem, nec retentionem pariat: tunc scilicet quando reprobus est vel ex defectu solennitatis iure requisitæ, vel ob deficientem legitimum consensum paciscentis ad perfectam rei promissæ trāslationem, quod impræsentiarum minimè contingit. Et ideo in hoc casu restitutio necessaria non est. Quod vero pertinet ad dantē: an ei sit facienda restitutio quoties recipiens restituereteneretur, est obseruandum. sit nē ea lex, quæ repetitionem negat ob parem turpitudinem, pœnalis: ita quidem vt in pœnam iniquæ conuentionis expressæ, vel tacitæ efficiat inhabilē eum qui dedit, ad repetendum. Nā si inhabilis efficitur in pœnā: hæc pœna nullam requirit iudicis executionem: atque ipso iure absque vlla iudicis sententia in fligitur: idcirco in animæ iudicio obtinebit planē, secundum ea, quæ nos tractauimus in Epitome ad quartū libr. decret. secūda part. capit. sexto. §. octauo. & ideo restitutio non erit necessario danti facienda, etiam si causa ob quam datio facta fuerit, sequuta non sit. Etenim vbi causa sequuta fuerit non diffiteor communi omnium sententia absque dubio, licet materia vendibilis non sit, nec precio æstimabilis, danti restituendum non esse. sed & si dixeris in priori specie, vbi causa dationis sequuta nō fue-

rit, legem denegantem repetitionem non procedere: aut saltem obtinere quoad simplicem denegationem actionis non tamen ex hoc priuare in pœnā ipsum dantē iure, quod habet ad repetendum causa non sequuta: vtrunque opinor falsum esse.

Nam lex civilis negans repetitionem eius, quod datū turpiter fuerit ob turpem causam, locū habet, etiam ante causam ipsam sequutā & eadē in pœnam tanti criminis dantem priuat iure exigēdi, quod dederat. Nō obstat huic resolutioni textus in dict. capit. veniens. de Simonia. qui respondit datum causa simoniæ restituendum esse danti. id etenim procedit vel quia ipse dedit bona fide monachis exigentibus id prætextu consuetudinis, ad prandium monachorum, capit. cum Apostolicam. eo. titul. vnde non omnino manifesta est, nec aperta dantis turpitudō: vel pecunia inibi restituitur danti: vt is translatus ad aliud monasteriū, eam secum in id monasterium deferat, ad alimenta sibi necessaria. quo fit, in eo textu minimè posse probari, quod datum causa simoniæ sit restituendum ei, qui dederit: ac tandem ex his, quæ modo adnotauimus, palam constat, qualiter sit intelligenda iuriconsulti responsio in dicto. §. sed quod meretrici. & in eiusdem l. quartę. parte prima. Et nihilominus proximo paragrapho adhuc

D v hahe



Secundæ partis relect.

hanc ipsam quaestionem tractantes, explicabimus veram cognitionem, & interpretationem tex. in. l. 2. ff. de condi. ob turp. caus.

Ex. §. sequenti,

- 1 Datum iudici, ut iustam sententiam pronunciet: an possit repeti: & an is, qui dedit perdat litem?
- 2 Testis an possit pro ferendo testimonio aliquid accipere?
- 3 Rei alienæ inuētor, an iustè possit aliquid capere ob eiusdem rei restitutionem?
- 4 Intellectus. l. solent. ff. de præscrip. verb. & l. 4. §. si tibi. ff. de condi. ob turp. caus.
- 5 An teneatur ad restitutionem, qui potuit proximum à damno illato defendere?
- 6 Examinatur argumentatio glo. in. l. 4. §. si tibi. ff. de condi. ob turp. caus.
- 7 Adquisitum per metum etiam leuem: an sit necessario restituendum metum passo?
- 8 An sit restituendum quod obtinetur ex contractu beneficio restitutionis in integrum rescindendo?
- 9 Adquisita ex contractu nullo ob defectum solennitatis legis humanæ, restituenda sunt in conscientia iudicio.
- 10 Intellectus Regiarum constitutionum, quæ prohibent uxorem absque licentia viri contrahere.

§. Tertius.



Vartò ab eadē primæ regula dissoluitur ea dubitatio, quæ passim discutit solet: sit ne restituendum id, quod iudex acceperit, ut iustam sententiam ferat, in precium quidem iustissimi iudicii: & iuriconsultus in. l. secunda.

ff. de condi. ob turp. caus. ita obscure hanc quaestionem definuit, ut ob eius incertam sententiam: itidē & interpretes varie responderint. Sed si dedi, inquit Ulpianus, ut secundum me in bona causa iudex pronuntiaret, est quidem relatum conditioni locum esse: sed hic quoque crimen cōtrahit. iudicē enī corrūpere videtur: & nō ita pridem Imperator noster cōstituit litem eum perdere. Hæc iuris consultus, qui expressim asserit, dantem iudici pecuniam, ut iustè in eius causa sententiā dicat, turpiter agere, & crimen contrahere, propter quod causam ipsam, ut cū quæ iustissimam perdit. idcirco videtur nō esse huic dādā repetitionem: siquidem cōstat eum, qui ob hanc causam dederit puniendum fore, & litem perdere. gl. cōmuniter recepta in dic. l. 2. tex. in. l. prima. C. de pœna iud. qui male iud. & in auth. ut litigantes iurent in exord. lit. Regia. l. 52. titul. 14. part. 5. quæ ratione quidam existimarunt, nō esse dandam in hac specie repetitionem. Quod si verum est, actionem danti hic denegari ad dati repetitionem, manifesti iuris erit, secundum ea, quæ paulo ante dicta sunt proximo. §. non esse necessario eidem restituendum quod dederit, sed vel fisco vel pauperibus. Sed & hæc non omnino cōuincunt: quin contrariam sententiā probare possimus. Etenim licet qui dat iudici pecuniā

vt

§. tertius.

ut pro eo in bona causa sententiā pronuntiet, ob hoc crimen, quod præsumptam corruptionem iudicis præfert, puniatur perditione causæ: non tamen ex hoc sequitur ei negari repetitionem eius, quod dedit: cū sit ex eius parte crimen hoc leue: & procedens à zelo iustitiæ. Præsertim quod pœna legis civilis statuentis hanc causæ perditionem, tunc locum obtinet, cū habens bonam causam iudicem pecunia inducit, ut pro eo sententiā dicat. corruptus etenim fortasse iudicem, qui secundum conscientiam & proprii iudicii dictamen contrarium alioqui foret pronunciaturus. Secus denique dici posset, ubi quis iudici pecuniam daret, ut iustitiā ministraret, litemque iuxta iustitiæ tramites definiret: eo sanè casu non tendit pecuniæ datio in iudicis corruptionem: & idcirco frequentiori iudicio, & interpretum suffragio receptum est, competere danti repetitionem, secundum Alexand. in dicta. l. secunda. quoties datum quid fuerit iudici, ut iustitiā celeriter ministraret. idem tenent in dict. l. secunda. Fulgosi. & Iason. Bald. in capit. vltim. col. vltim. de appellat. glo. in cap. qui recte. n. quest. 3. Panormit. in capit. cum ab omni. de vit. & hone. cleri. num. 8. gloss. singularis & inibi Archid. in capit. non sane. decima quarta. questione quinta. quo in loco Gratianus Diuū Augusti.

refert hanc opinionem satis aperte asseuerantem in epistola. 54. ad Macedonium. Et quanuis Alex. Iason & alii in dict. l. secunda. existiment, in hoc posteriori casu cū pecunia datur, ut iudex iustam sententiā celeriter ferat, causamque iure expediat, causam ipsam dantem in pœnam perdere, atque habere dati repetitionem: in priori autem casu, cū suspitio corruptionis maior est, quia pecunia datur iudici, ut pro dante, qui potentiora iura habet, sententiā dicat, nec competere danti repetitionem, & in pœnam causam perdit: ego tamen opinor, tunc nec danti competere dati repetitionem: cū ob dationem causam amittit, secundum leges hac in re pœnā statuentes. siquidem perditio causæ nulla alia ratione instituta est, quam quod is, qui dedit iudici pecuniam grauiter deliquerit: delictum autem propter parem turpitudinem inducit denegationem repetitionis: sicuti expressim responsum est in. l. quarta. in princip. & in. l. tertia. ff. de condi. ob turp. caus. unde deducitur, minimè habere dati repetitionem eum, qui dederit, ut iudex pro eo sententiā pronunciet, quanuis is bonam causam habeat: quia dantis animus tendit saltē ex præsumptione ad corruptionem iudicis: hoc profecto iuriconsultus respondit in dict. l. 2. At si pecunia iudici detur ut iustitiā absque mora litiganti exhibeat:



Secundæ partis Relectionis:

exhibeat: tunc, ni fallor. causa n
amittitur, nec repetitio danti nega
tur. Tandem illud ex his certissi
mū esse censeo: quod datū iudici
absq; crimine corruptiois, vt iusti
tiam ministret, est danti restituē
dum. idque confirmat authori
tas Augustini in dict. capit. non
sane. tenent in specie Syluest. ver
bo. restitutio. 2. §. 1. & restitutio. 4.
§. 1. qui constituit regulam hac in
controuersia certissimam, qua de
finitur, datum ob causam neces
sariam ad quam tenetur recipiens
necessitate præcepti, quod ad iusti
tiam pertinet, est omnino restituē
dum: & quidem danti: nisi & is
propter aliquam admistam da
tioni turpitudinem lege humana
iure repetendi priuetur. eandem
regulam adnotarunt alii præser
tim Adrianus in quarto sentent.
tractatu de restitutione capit. re
stat inquirere. Ioann. à Medina de
restitutione. quæstione. 25. columna.
10. & probatur quia opera iustitiæ
venalia non sunt, nec iustitia est
materia vendibilis: idcirco datio,
& acceptio sunt contrariæ ratio
ni veræ uenditionis, quæ fieri nō
potest de rebus istis, quibus nul
la conuenit æstimatio: quod &
Caiet. asseuerat in secundæ secūde.
quæstione. 32. articul. septimo. tex.
in capitu. cum ab omni. de vit. &
honest. clericor. iniquissimum e
nim est hoc cōmutationis genus.
Nam & Cicero. libr. 1. de legibus
inquit, iniustissimum est iustitiæ

mercedem quærere. Qui mercede
bonus vir est, mercede erit malus:
cū iustitia debeat esse gratuita.
qui enim recte iudicat, autore Gre
gorio, & premiū remunerationis
expectat, fraudē in deū per petrat:
quia iustitiā, quā gratis impartiri
debit, acceptione pecuniæ vendi
dit. c. qui recte. 11. q. 3. siquidem iu
stus nō est qui iustē agit, non ob
ipsam virtutē, sed ob aliā causam
vt tradit Arist. lib. 6. Ethic. capit. 12.
pulcher text. in. c. 1. de re iud. in. 6.
quem poteris ornare multis, quæ
hac in re tradūtur à Valerio Maxi.
lib. 6. c. 5. & c. 3. quo in loco memi
nit Cābysis Persarū regis, qui atro
ci ac noua pœna iudicis, nè quis
postea corrūpi posset, prouidit: dū
iudicis cuiusdā iniqui ex corpore
pellē detractā, sellę intēdi, in eaq;
filiū eius iudicaturū cōsidere ius
sit, is autē iudex dictus est Sisānes
priori aliq; parti præfectus: eius au
tē filius fuit Otanes. lex itē duode
cim tabularū iustissimē decreuit,
iudicē, qui ob rē dicēdā pecuniā ac
cepisset, capite puniēdū fore: cuius
meminit Gelli⁹ lib. 20. c. 1. idē fere
probat in speciali casu in. l. lex Lu
lia. §. vlti. ff. ad. l. iuliā repet. multa
Ludo. Celi⁹ de iustitia. tradit. lib.
12. lect. antiq. c. 46. & sequētib⁹: in
hac specie Adrian. quod lib. 10. hāc
præerea regulam probat eleganter
iuriscōsultus in. l. vlti. ff. de cō
dict. ob tur. causam. qui pluribus
propositis speciebus constitutis
simum esse censet, repetitionem
dandam

§. tertius.

dandam fore in id, quod turpiter
acceptum fuerit ob ministerium
eius operis, quod accipiens lege iu
stitiæ, ministrare tenetur.
Primò hinc deducitur, an possit
testis pro testimonio ferendo pre
cium aliquod recipere: & sanè id
recipere non potest: tenebiturque
restituere quod huius ratione ei
datum fuerit: ipsi quidem, qui de
dit. Nā ad iustitiā pertinet quod
quis verum testimonium dicat:
idq; tenetur dicere omnino, etiam
nō requisitus, ad liberandū proxi
mū ab iniquo damno: & libere.
text. singular. in cap. nolite time
re. 11. q. 3. & in. c. intimaui de testi
bus, vbi Abb. & Feli. Innoc. in. c.
qualiter. in. 1. de accusat. Tho. &
Caiet. 2. 2. q. 70. arti. 1. Domi. à Soto
in relect. de secreto. mēbro. 2. q. 7.
Martin⁹ Azpilcueta in. c. inter ver
ba. 11. q. 3. corol. 63. à quibus apertis
simè probatur, quempiam ratio
ne iustitiæ teneri ad ferēdum testi
monium, quoties id necessariū
sit ad vitandum damnum iniquū
alterius. Quamobrem gratis id
prestari, & exhiberi debet: quia ve
nale testimonium veritatis nō est,
secundum Augustinum in dict.
cap. non sane. pro labore tamē, &
expēsis factis in ferendo testimo
nio iustam mercedē potest testis
exigere, & recipere. cap. statutum.
§. proferēdo testimonio. de rescrip.
libro sexto. l. quoniam liberi. C.
de testib. §. venturis. 4. q. 3. sub ca.
vlt. tradūt Alberi. in tract. de testi.

fol. 14. & Ioan. Crottus de testib.
q. 15. sicut & iudex, qui non potest
vt iustam sententiam ferat, pecu
niam accipere, poterit iustissimè
laboris mercedem, cū salarium
publicum non habet, iustē recipe
re. l. 4. §. in iudicio. ff. fini. regūdo.
l. ex part. in prin. ff. fami. hercis.
notatur in dicto capit. statutum.
§. assessorem. & in cap. cū ab
omni specie. de vit. & honest. cle
ri. sic in hac specie quo ad animæ
iudicium hanc quæstionem defi
niendam censent. Adrian. quod li
bet. 10. art. 1. Ioan. Medina de restit.
q. 25. colū. 10. & sequentibus: post
alios, qui regulā præmissam, à qua
hanc decisionem deduximus, con
stituerunt. idem erit & in tabellio
nibus, aliisq; muneris, & officia pu
blica habētibus: nā et hī licet ex of
ficio teneātur litigantibus, & aliis
ministeriū iustitiæ exhibere: pro la
bore tñ possunt petere mercedem
aliquam vel consuetudine, vel le
ge definitam. quidquid tamen vlt
tra quantitātē legibus prætaxatā
acceperint, restituere dāti tenētur
secūdum Antoni. & Abb. nu. 33.
in cap. quia pleriq; de immunit.
eccles. Adrian. in dict. capit. restat
inquirere. Ioann. Medina in dict.
quæst. 25. contra Innocent. in dict.
capit. quia plerique. qui falso itel
lectu text. dict. capit. non sanè. cō
trarium probare, autoritate Au
gustini, tentauit.
Secūdò hinc deducitur, an ob re
stitutionē rei alienę inuētæ possit
eius



eius inuentor mercedem, aut pre-
mium ex pacto vel alijs accipere.
Hosienf. quidē in. c. dudū. el. 2. de
elect. existimat, posse aliquid iuste
recipi, & retineri ab eo qui re alie
nā inuenit ob ei? restitutionē. Sed
ab Hosieni discedit ibi Panor. nu.
18. non immerito: etenim tenetur
quis rem alienam inuentam do-
mino restituere lege iustitię. capi.
si quid iuenisti. 14. q. 3. igitur gratis
id facere debet, secundum regulā
paulō ante a me propositam. idem
probat in. l. falsus. §. qui alienū.
ff. de furt. vbi iuriscōsultus scri-
bit, eum qui rem alienam inue-
nerit non probe petere inuentio-
nis premia. Quid ergo, inquit, si
quę greci dicūt *επιελεξ*, petat? nec
hic videtur furtū facere, & si non
probe petat aliquid, ita sanē legit
dictionem Gręcā Holoander.
at Budeus ibidē, & in tit. de offi-
cio p̄f. pratorio. *μυρολεξ*, legē dū
esse censet. quę vox idem signifi-
cat: nempe inuentionis premia.
Hispani dicimus Halazgos. vnde
de Bart. in. d. §. qui alienū. scribit,
propter restitutionem rei alienę,
quę inuenta fuerit, nihil iuste peti
posse, nec accipi: pro labore tamē
impensō in ea requirenda, & inue-
nēda iuste mercedem aliquam
recipi, & retineri. idem adnotarūt
Alberic. & Iason. in. l. quarta. §. si ti-
bi iudicium dederō. ff. de condic.
ob turp. caus. columna secunda.
Felinus in cap. dilecti. nu. 7. de ac-
quisitio. & Chassanę. in consue-

tud. Burgundię. rub. 1. §. 3. num. 1.
tametsi apud me certissimum sit,
posse recipi iuste, & retineri, quod
fuerit datum ob rei inuentę resti-
tutionem: modō saltem coniectu-
ris quibusdam appareat dominū
id libere dedisse, & sponte.
Verū aduersus suprascriptam
regulam sunt duo iuriscōsulto-
rum responsa in di. l. 4. §. si tibi iu-
diciū dederō. & in. l. solent. ff.
de p̄scriptis verb. quibus con-
stat, nec repeti posse quod datum
est ob indicandum seruum fugi-
tiuum, aut furem: imō ex pactio-
ne, & conuentione posse peti, a-
ctionemq; in id exigendū dari: &
tamen lege iustitię saltem charita-
tis p̄cepto tenetur quis furem
indicare, & itidem seruum fugiti-
uū: quē admodū adnotatū est cō-
muni omniū sentētia in. ca. qui cū
fure. de fur. & in. c. dilect. de. ex-
ces. p̄lat. gl. & Bar. in. l. civile. C.
de furt. & adnotatur in. c. nerui. 13.
dist. igitur nō tenetur quis gratis
facere id quod ratione p̄cepti ad
iustitiā pertinētis agere tenebat.
p̄terea tenetur quilibet, si possit
absque proprio periculo: & com-
mode id valeat efficere, alterum
ab iniuria defendere non tantum
iure pontificio: textus in capitul.
quantę. & ibi glo. & doct. de sen-
tent. excommunic. & in capitul.
dilecto. eodem tit. in sexto. cuius
& Iason meminit in consil. 86. li-
bro. 3. sed & iure ciuili: quod pro-
batur à contrario sensu text. in. l.
culpa

culpa caret. ff. de reg. iur. sicuti ad-
notarunt Alberic. in. l. metum. §.
sed licet. ff. quod met. cau. Deti. in
cap. 1. col. 3. de offic. deleg. Fortun.
in. l. vt vim. ff. de iustit. & iure. ad
finem. Ioannes Igneus in. l. prima.
§. serui appellatione. num. 125. ff. ad
Sylla. Grattus in con. 1. nu. 47. lib.
primo. Adria. quolibet. primo. ar-
ticul. 2. columna. 4. etiam si com-
muniter quo ad ius ciuile contra-
rium receptum sit ex. l. 1. §. sed in
eo. ff. ad Syllani. glo. in di. l. culpa
caret. sicuti constat ex doct. ibi. &
in dict. ca. 1. & in dict. §. sed licet.
& Ludo. Carrerio in p̄act. crimi.
de homicidi. §. 4. nu. 19. & §. 6. nu.
63. sed prior sentētia verior est: quā
uis iure ciuili non sit puniendus
qui alterum ab iniuria non defen-
derit: cū posset commode id fa-
cere, saltem p̄na ordinaria crimi-
nis regulariter. Et nihilominus li-
cet teneatur quis alterū ab offen-
sa, & iniuria defendere, lege qui-
dem iustitię vel charitatis p̄cepto:
nō tamen tenetur id gratis agere:
optimus text. in. l. si pater. §. 1.
ff. de donatio. vbi iuriscōsultus
scribit, iustam esse in hac specie la-
boris mercedem. idem notat A-
dria. dict. quolibet. 1. arti. 2. colu. 3.
cui accedit Ioan. Medina in dict.
quęst. 25. colum. 12. huic posteriori
rationi respondēdum esse censeo
id procedere in laboris stipendiū,
& mercedem, ita tamen, vt ex mo-
ra non dati stipendii opus hoc
pium, & iustum minimē impe-

diatur: cū & post p̄stitū auxi-
liū iudex cogere debeat alterum
ad iustę mercedis solutionem.
Illud vero p̄termittēdū nō est,
eum quādam damno commode po-
tuerat illa sum alterum seruare, &
defendere, minimē ex hoc teneri
ad illati damni restitutionem, &
si grauius peccauerit, maximamq;
damni dati culpam cōtraxerit: ni-
si quis ex officio publico teneatur
criminib; & iniurijs obuiare, aut
testimonium dicere: quia in testē
ad iudiciū iussu iudicis vocatus
fuerit. priori etenim casu contra
legem tantū charitatis sit, postero-
ri vero contra legem iustitię com-
mutatię: quarū prior obligatio
nō inducit restitutiōis necessitatē,
sed posterior: sicuti in specie, quā
tractamus traddidere eleganter
Thomas & Caiet. 2. 2. q. 62. articu-
septimo, Alexan. de Hales, tertia
parte. quęst. 87. Adria. quolibet.
1. quęst. prima. idem in quarto sen-
tent. tractat. de restitutio. q. 1. ad fi-
nem. Syluester verb. restitutio. 3.
quęstio. quinta. Ioann. Medina de
restitutione quęstio. 9. vbi te-
statur, hanc esse communem Theo-
logorum resolutionem. vnde e-
tiam si in dict. c. qui cū fure. furti
cōscius, id nō reuelā possessori, &
dño, fur appellet: id verū est quo
ad furti culpā: nō tñquoad obli-
gationē restituēdi: nisi iuxta disti-
ctionē hęc, quā modō ex theolo-
gis exposuimus. idcirco hac in re
cate crica restitutionē responden-
dū



dū erit. Cæterū prior obiectio ex l. solēt. & §. si tibi iudiciū dederō. Bart. in eo. §. si tibi. non fuit incognita: atque idē existimat, non teneri quem ad furem indicādum: licet teneatur furtum detegere, & ostendere: vnde secundum eum furem non tenetur quis priuatæ personæ manifestare: & ob id poterit aliquid capere ob hanc manifestationem. idem fere tenent ipse Bart. in dict. l. ciuile. C. de fur. & Panor. in dict. cap. qui cum fure, scribentes, teneri quempiam in dicare furtum, non furem priuato domino rei furtiuę. Hæc tamen responsio palam imperfecta est: si quidem quoties agitur de indicādō furem ad consequendam rem furtiuam, quæ aliter domino reddi non potest, quàm si fur indicetur, profecto etiā priuato ipse fur indicandus est: & eum tenetur in hoc casu sciēs indicare. Presertim quòd cum tractetur in dictis iuriconsultorum responsis de indicādō seruo fugitiuo certissimū est, inibi tunc tractari de indicando ipso furto. ergo Bart. solutio non est sufficiens. Sic & Adrian. in. 4. sent. in tract. de restitut. cap. restat inquirere. in specie harum legum probat, quòd tenetur quis furem indicare priuato, quādo res aliter eidem restitui non potest. Quam obrem fortassis aptior est solutio difficultatis, si interpretemur apud iuriconsultos, licite receptū fuisse premium iudicii ob laborē,

& industriam inquirendi furem: non ob ipsius furis manifestationem: quòd probatur in dict. l. solent. dum ibi iuriconsultus appellat mercedem id, quòd datum est causa indicādī furē: merces autē respectu laboris propriè dicitur: sicuti notissimum est. atque ita opinor Bar. intellexisse iuriconsultorum responsa in dict. §. qui alienū idem & alii responderunt præsertim è nouioribus Ioan. Ferrarien. in. §. vlt. Instit. de rer. diuisio. vnde si quis sciat, quo nam in loco sit res furtiua, vel ipse fur, aut rem ipsam inuenerit absq; labore, & expensis, non poterit quidquam recipere ob restitutionem rei furtiuę, nec ob indicandum furē vel ex pacto, vel aliās: nisi id datū fuerit libere, & gratuito ab ipso domino rei inuentæ.

Hinc profecto expendenda erit argumentatio quædam, qua vti Doct. frequenter solent. valida etenim est hæc collectio: tenetur quis gratis quid facere lege præcepti: ergo si quidquam eo iure receperit turpiter recipit, & restituere tenetur. ita quidem argumētatur gloss. in. l. 4. §. si tibi iudiciū. ff. de condict. ob tur. caus. quæ singular. est secundum Ia. ibi & Bal. in cap. super eo. de transactio. idē sensit. g. in dict. cap. qui cum fure. & in dict. cap. dilectus. de excess. prælat. & glo. in dict. l. ciuile. quæ ratione & hæc argumentatio valet: potest quis ob aliquid agēdū pecuniā

pecuniam accipere seclusa liberadantis donatione: ergo non tenetur id gratis facere. Rursus nō recte sequitur: tenetur quis aliquid facere ex præcepto: ergo non potest ob id agēdū pecuniam accipere: nec item sequitur: ergo tenetur id gratis facere. Nam plerunq; propter laborē, & industriam iustam mercedem recipit: sicuti paulò ante adnotatum est. Sic nec valida est collectio ista: potest quis ob aliquid agēdū pecuniam licite recipere: ergo non tenetur id facere ex præcepto. constat siquidē ex superscriptis, falsa esse hanc collectionem, cum possit quis pecuniam recipere licite ob agēdum id, quod ex præcepto facere tenetur. idcirco hanc argumentationem destruit gloss. in capit. quantæ. de senten. excom. diligenter Adrian. quodlibet. primo. art. secundo. colum. 3. tametsi gloss. & Doct. in dict. capit. qui cū fure. & in di. l. 4. §. si tibi. has argumentationes peruertant, & simul confundant, eas minimè intelligētes.

Deducitur etiam ex his, nō posse aliquid iuste recipi ob eam causam: nè maleficium fiat: imò si quid receptum fuerit, restituendum est. l. quarta. in princip. & in §. vltimo. ff. de cond. ob turp. cau. l. iurifgentium. §. si ob maleficiū. ff. de pactis. quo in loco Fortunius probat nec naturalem obligationem nasci ex promissione alicuius pecunię, nè maleficiū fiat. idē

notat Soci. in rubric. ff. de verbo. obligat. nu. 12. contra glossam, in dict. §. si ob maleficium.

Quintò ex prima huius relectionis regula poterit responderi ad quæstionem, qua queri solet: an adquisita per metum non cadentem in constantem virum, sint in animæ iudicio restituenda: Et profecto propter minus liberam voluntatē dantis: & quia receptio processerit ab iniuria proximi: atq; ideo turpis est, dicendū erit, recipiētē teneri ad restitutionē: quod expressim adnotarunt Syluest. ver. metus. in fin. & Adriā. in. 4. sent. in trac. de restitutiōe. c. aggredior. versi. ex quibus omnibus. idem probatur autoritate Hosti. & Ioā. Andr. in. c. verum. de iureiur. qui asseuerant: esse dandā absolutionē à iuramento præstito per metum, etiam leuem: quia recipiens hoc iuramentum turpiter, & cū iniuria iurantis id receperat. capi. de bitores. de iureiur. sic & Panorm. in capit. ad nostram. in tertio. col. prima. de iureiuran. existimat, dandam esse absolutionem à iuramento per metum præstito, etiam si quis coactus fuerit iurare, & iuramento promittere id, ad quod tenebatur. Nam hoc iuramentum ab eo turpiter per metum, & iniuriam extorquetur, cū is iurare non teneretur. Non oberunt huic sententiæ leges ciuiles negantes rescissionem contractus metus causa, quoties metus



Secundæ partis Relectionis.

leuis est: nec cadit in constantem virum: quia licet leges ciuiles nõ dent in hoc casu ob metum leuem repetitionem: nec rescissionẽ contractus: non tamen approbãt eam receptionem: nec eam iustã esse censent. præsumit etenim lex contractum metu leui gestum: consensum habuisse liberum, & sufficientem ad hoc vt validus is iudicetur: atque hæc præsumptio iuris est, & de iure: nam & si constet de metu, qui tamen leuis sit, non permittit lex huius contractus rescissionem ex ea quidem causa: nè pãssim commercia humana impediatur: & nè tot lites ad cõtractuum rescissiones in republica constituentur: cùm facilimũ sit cuicumque petenti contractus rescissionem metum leuem probare. vnde lex non censet esse sufficientem probationem deficientis consensus per probationem metus leuis: nisi appareat metus cadens in virum constantem: quod deducitur ex titulo. ff. quod met. causa.

Sexto hinc aperitur intellect. ad tex. in ca. 1. & 2. de adul. quibus traditum est: quo nam pacto satisfaciendum sit fœminæ, quæ ab aliquo vitiata fuerit, & corrupta: si quidẽ corrupens virginem in animæ iudicio tenetur damnũ illatũ rescire: atq; ideò restituere debet corrupte id tantũ, quod ad illati damni æstimationẽ pertinet: non autẽ id quod in pœnã stupri per

leges exteriores reddere cogere iuxta ea, quæ à me tradita fuere in Epitome ad. 4. librum decret. 2. par. cap. 6. §. 8. num. 11.

Septimò ex eadem radice cõstat, etiam in animæ iudicio cogendũ fore eũ, qui alterũ percusserit, aut occiderit, restituere æstimationem damni, quod per eam percussio- nem, aut homicidiũ dederit. text. in. c. 1. de iniur. cuius intellectum in hac specie ipse adnotauì libr. 2. varia. resolu. cap. 10. nu. 7.

Octauò ab eadem regula, quæ ratione iniuste acceptionis obligationẽ restituendi inducit, oritur responsio ad eam quæstionem: qua dubitatur, an acquisitum ex contractu valido quidem ipso iure: qui tamen beneficio restitutionis in integrum rescindi poterit læsionis causa: sit necessario in animæ iudicio restituendũ? & sane quoties quis aduerterit etiam absq; dolo se læsionẽ intulisse alteri, tenetur quidẽ ad eius læsionis reparationẽ, sub hac distinctione, vt ratione doli teneatur, etiam si ipse nullũ cõmodũ ex læsione alterius habuerit: secluso verò dolo, tantum teneatur ad restitutionẽ eius, quod ipse acquisiuit, & obtinet, vel in propriã vtilitatẽ expedit, propter læsionem alterius. quod obtinet respectu læsionis, & damni dati: at respectu ipsius rei acquisitæ per contractũ superscriptũ, nõ tenetur acquirẽs eã restituere donec petatur, & concedatur in integrum

grum restitutio: quemadmodum ipse probauì, & explicui lib. 1. var. resolut. cap. 3. nu. 5. ex Innocen. in cap. quia plerique. de immunit. eccl. vnde apparet, possidentem aliquam rem titulo alicuius contractus, qui potest rescindi beneficio restitutionis in integrum, bonæ fidei possessorem esse, etiam intra quadrienniũ, modò absit fraus in ipsa conuentione: quod in dict. c. 3. num. 5. adnotatum est.

Nonò hinc deducitur, an res acquisita ex contractu nullo ob deficientem iuris solennitatem: non deficiente consensu contrahentiũ sit in foro animæ restituenda? & idem proponitur in beneficio ecclesiastico acquisito ex consensu eorum, qui ius habent eligendi: non tamen seruata forma iuris põtificii in electione. cui quæstioni respondet Innocen. in cap. quod sicut. de elect. in animæ iudicio in tertiori, contractum, & electionẽ tenere omnino, nec vllam esse in hac specie restituẽdi obligationẽ, idem tenent Panormit. in dict. capit. quia plerique. num. 28. & in cap. primo. de in integr. restit. ad finem. Iason. in l. secunda. colum. secunda. C. de fidei com. colu. 2. & in. l. si post diuisionem. C. de iur. & fact. ignor. secunda columna. Anchar. in regul. 1. de regul. iur. quæst. 7. princip. colum. 34. Felin. in capit. primo. num. 39. & Deti. prima. lect. num. 19. de constit. Tiraq. post leges connubiales. glo. 2.

nu. 20. Boërius decis. 1. nu. 13. denique omnes alii à me citati in cap. cum esses. de testamen. num. 5. ad eam sententiam, qua decisum extat, testamentum minus solenne in conscientia foro validum esse. verum quia hæc acquisitio illicita est, & iniusta ex eo, quod lege prohibita sit, & iure prohibente contingat, non video qua ratione hæc opinio defendi queat: sicuti & in testamento minus solennĩ diximus in dict. cap. cũ esses. idcirco sequut' eos autores qui censent testamẽtũ minus solẽne in foro cõsciẽtiæ, vt in iudiciali, nullũ esse, opinor, rem acquisitam ex contractu, vel ex titulo nullo ob defectũ solẽnitatis iuris humani, restituendam fore, & dimittendam in conscientia iudicio. Nam & in contractu, testamẽto, & electione par ratio extat: & ideo Doct. qui hæc opinionem in testamento minus solenni probant, quorum mentionem feci in dict. capit. cum esses. num. octauo, eãdem & in contractibus, & electionibus minus solẽnibus probare videtur planẽ, si eorũ rationes obseruentur.

Ex quo constat, contractũ factũ ab vxore sine licentia mariti, qui iuxta leges regias iure ipso nullus est in foro exteriori, secundum Roderi. Xuares in repet. l. 13. titulo de las deudas. libro fori. quæstio. 1. & Andr. Tiraquel. in dict. glo. 2. nu. 21. & in principio. qui alios ad hoc in specie allegat: in iudicio



Secundæ partis Relectionis:

enim nullum esse, nec ex eo rem
adquisitam iuste obtineri potuisse,
nec retineri posse. lex etenim
iusta, nec à præsumptione frau-
dis præcipuam. & vltimam ac fi-
nalem rationem in vniuersum
habens, quemadmodum in exte-
riori iudicio, etiam si constet nul-
lam subesse in actu contractus,
vel testamenti fraudem, seruanda
est, ita & interiori animæ iudicio:
quod satis probauimus in dict. c.
cum esses. quam obrem miror
Andre. Tiraq. iudicium, qui in di-
num. 21. dum contrariam senten-
tiam in hoc tenet, concedit hæc
duo iure vera esse. Primū quod v-
xor in hac specie, non teneatur in
foro cōscientiæ cōtractui stare, etiā
si certa sit nullam ei fraudem fa-
ctam fuisse. Secundum posse eū,
qui cū vxore absque viri licentia
cōtraxit, rem adquisitam ex con-
tractu iuste in foro interiori habe-
re, & retinere. Hæc ni fallor, con-
traria sunt: cum lex eadem, quæ iu-
stissima rritione vxori permittit à
contractu dissentire, & eam ab e-
ius obligatione liberam reddit:
ipsum cum vxore contrahentem
obligat ad rei adquisitæ ex eo con-
tractu restitutionem: quia nullū
iustum titulum habet is, qui cum
vxor absque viri licentia contra-
xit saltem ex ea conuentione: nisi
vel ex vtilitate conuentionis, vel
aliunde possit præsumi legitima
rati habitio viri, vel eo mortuo v-
xoris, aut heredū, ipsius quidē cō-

tractū ab initio inualidi: quod cau-
te cōsiderandū, & obseruandū erit.

Ex §. sequenti.

- 1 Adquisita in ludo, etiam illicito, non sunt in animæ iudicio restituenda.
- 2 Conuentio conditionalis relata in futurum fortune euentum valet.
- 3 Restitutio adquisitorum in ludo, quæ humana lege statuta est, potest consuetudine tolli.
- 4 Fraus in ludo commissa: quando inducat obligationem restituendam: inibi de ludente qui non habet ius alienandi, id, quod ludo apponit.
- 5 An is, qui certo scit se peiores ludi, & cartarum partes habere, & augeat sponsonem: teneatur lucrum restituere?
- 6 Bar. in. l. quero. ff. de acti. emp. decisio examinatur.
- 7 Tenetur ad restitutionem qui alterum in voluntarium attraxerit ad ludum.
- 8 Ludens pecunia credita an teneatur promissam pecuniam lucranti soluere in animæ iudicio.

§. Quartus,



Ecimò huic loco
conuenitad eiusdē
regulę sententiam
expendere, quæ nā
ratione teneaturq̄s
ad restitutione eorū, quę ludo ad-
quisierit: quæ quidē quęstio variis
in locis à plerisq̄ disputata com-
pendio quodam à me examinabi-
tur: vnica tantum conclusione
proposita, & cōstituta: ex qua fere
omnes casus, qui hac in re contin-
gere solēt, definiri valeant, sit igitur
in ludi tractatu cōstitutissima
cōclusio. Etia si ludus illicit⁹ sit, le-
geq̄ humana pœna exteriori, & lu-
cri restitu-

cri restitutione plerūq̄ puniatur:
ex eo tamen, adquisita in animæ,
& conscientiæ iudicio non sunt
necessario restituenda: modò ab-
sit fraus, legesque ludi seruentur:
habeantque ludentes administra-
tionem liberam rerum, quas in lu-
di conuentionem deduxere. huius
conclusionis plures sunt partes,
quarum aliquot obiter attingam
& expediam ea ex parte, qua ea-
rum intellectus ad huius tracta-
tus scopum pertinet. Etenim qui
ludi liceant, planè legibus secula-
ribus facile constabit: & itidem
quibus pœnis ludentes affician-
tur: præsertim in. l. ff. de aleę lusu
& aleat. & in Authent. alearum
vlus. C. de relig. & sumpt. funer.
capit. inter dilectos. de excess. præ-
lator. vbi. gloss. & Panormit. nu.
sexto. glossa. & idem Abb. in ca-
pit. clerici. in secundo. de vita &
honest. cleric. glossa in Pragmat.
Sanct. titul. de spectaculis. versic.
ludibria. l. secunda titul. decimo.
l. prima. titul. quinto. l. prima titu-
lo. 9. in libr. octauo, ordinat. pas-
simque in huius regni pragma-
ticis, & aliis legibus iudices admo-
nētur, vt diligenter lusores ipsos
punire curēt: cū in republica Chri-
stiana hæc sit profectomaxima
perniciēs. Præcipua, & vltima con-
clusionis pars probatur: quia lu-
dus alearum, quidam est inter lu-
dētes cōtractus cōditionalis, quo
inter eos conuenit, vt cui alea hoc
vel illo modò contigerit, & euene-

rit, teneatur alter appositam pœtu-
niam reddere. igitur quod ex libe-
ra conuentione quis adquisierit
non tenebitur restituere, etiam si
conuentio ludi causa fiat: cū ad-
quisitum ex pacto, vel contractu,
non sit necessario restituendum
l. prima. §. si conuenerit. ff. depo-
sit. capit. primo. de pact. qua ratio-
ne Theologi omnes vtuntur, qui
quæstionem hæc tractauerunt. Et nè
fortassis obiicias, conuentionem
hanc referri ad conditionem pen-
dentem à futuro fortune euentu:
atque ideo illicitam esse, nec vim
aliquam obligationis habere, tex-
tus singularis in. l. solent. cum. l.
sequenti. ff. de aleę lusu. vbi con-
stat, licitam esse sponsonem con-
ditionalem si quis certet hasta, vel
pilo iaciendo, currendo, luctan-
do, vel pugnando: illicitam vero
vbi fiat ea sponso ex aliis causis,
quæ virtutis certamen corpora-
le non habent. ipsam hanc pro-
bationem fortiolem reddam: si-
quidem conuentio licita fieri po-
test sub conditione omnino pen-
denti à fortuna, & futuro euentu:
vt si nauis ex Asia venerit: si titius
factus fuerit consul hoc anno: si
Sempronius intra mensem non
moriatur. l. si quis ita stipulatus
fuerit. ff. de verbo. obligatione. l.
si pater. C. de inoff. testamē. Nam
dubius euentus à fortuna non fa-
cit contractum illicitum, textus,
& ibi Pau. Castr. in. l. in naue Sau-
pheli. ff. locat. c. nauigāt. de vsur. l.
E iiii à Titio.

à Titio. ff. de verbo. obliga. quo in loco ex eo responso adnotarunt Paul. & Alexan. esse licitas conuentiones istas, omnino pendentes à futuro euentu fortunæ: quas Hispani Apuestas appellamus. idem eleganter tradit Detius, dicens hanc opinionem communem esse in consil. 15. Non obstat textus in dict. l. solent. cum sequenti. Etenim iuriconsultus inibi reprobat sponfiones, quæ fiunt circa corporis certamina: nisi illæ fiant causa exercendarum virium, aut virtutis corporalis instruendæ: siquidem corporum certamina, quæ causa libidinis, odio, emulatione, aut contentione fiant, iure, & ratione reprobantur: Et ideo iuriscōsultus non improbat cæteras spōfiones quæ secluso corporali certamine fiunt sub futuro euentu fortunæ. Quibus tandem fit, sponfiones istas, quæ inter ludentes contingunt, iure validas esse: & obligationem inducere: atque ideo ex eis adquisita non fore necessario ex propria natura restituenda. Lex etenim humana, quæ de adquisitis ex ludo restituendis tractat, nō efficit, nec definiuit hanc conuentionem nullam esse, nec prohibet dominium à ludente adquiri: sed in pœnam actus illiciti inducit adquisitorum restitutionem. deniq; contractus hic inter ludentes cōtingens ex propria vi, & natura, non est iure naturali, diuino, vel humano illicitus: nec itē

acceptio ex ludo iure prohibetur ratione iniquæ receptionis: sed quia solent plura vitia in ludi exercitio contingere ob eius varias circumstantias, iustissimè per humanas constitutiones prohibetur, & pœnis quibusdam, adhuc non satis coercetur. & nihilo minus lex ipsa non vetat adquisitionem dominii ratione ludi: solum quidem pœnam statuit aduersus ludentes, vt ex ludo quæsitā restituere cogantur sententia iudicis: quæ sanè pœna in interiori anime iudicio, non producit restituendi obligationem. Extat ergo conclusio, quæ asseuerat regulariter, quæ sita ex ludo in conscientia foro non esse necessario restituenda: quam assertionem tenent diuus Thomas secunda secundæ, quæst. 32. articul. septimo. ad secundum. & ibi Caietanus. Ioannes Maior in quarto sentent. distinct. 15. quæstio. 13. & Palud. ibi, quæst. 3. arti. 5. Adrian. in quarto sentent. tract. de restitut. cap. quia in superioribus. Ioann. Medina de restit. quæstio. 22. glossa. in pragmat. Sanct. tit. de spectaculis. verb. ludibria. Alfonso à Castro lib. 2. de potest. legis pœna. capit. 2. Corollario tertio. Doct. communiter in cap. penul. de vit. & honest. cleri. penes quos & illud expeditum est, adquirentem aliquid ex ludo, non teneri ante iudicis condemnationem, id ex lege humana per dante repetitionē, restituere: quāuis Syl. cōtra

contrariū teneat verb. ludus. q. 13. Imò licet consuetudine non possit alearū ludus fieri licitus: propterea quod tot mala ex eo sequantur, poterit tamen consuetudine tolli pœna restituendi ludo quæsitā, quæ lege humana statuta est. secundum Thom. dict. arti. 7. ad secundum. Cardi. & Imol. in dict. capit. clerici. de vit. & honest. cleri. Pari. de Puteo tracta. de ludo. folio. 4. & Ioan. Baptistam de ludo. quæst. 17. quorum opinio cōmunis est, vt testantur Adrian. in dict. capit. quia in superioribus. secunda. col. & Rochus Curtius in cap. vlti. de consuetu. folio. 15. col. secunda. etiam quo ad clericos. quidquid contrarium sentiant Cardina. Imola, & Rochus per tex. in cap. inter dilectos. de excess. prælat. qui tantū probat, nō posse ludi exercitium consuetudine reddi licitum: præsertim inter clericos: non tamen ex hoc sequitur, nō posse consuetudine tolli obligationē restituendi ludo quæsitā: quæ quidē obligatio inducta est lege humana, nēpe Auth. alearum vsus. C. de relig. & sumpt. funer. quam constitutionem etiam seruandam fore inter clericos magis communiter receptum est à gloss. & Doct. in dict. capit. clerici. sicuti fatentur in tract. de Ludo, Stephanus Costa. folio. 7. & Paris de Puteo folio secundo. Atq; hæc vera sunt, licet Panor. in dict. capit. clerici. nu. 14. existimat, non posse

consuetudinem derogare obligationi restituendi ludo quæsitā. Oportet tamen, vt ludo quæsitā in anime iudicio non sint restituenda, nullam in eo ludo fraudem fieri: cum alioqui, si quid fraude fiat, & inde lucrum euenerit, id omnino restituendum sit, absque iudicis condemnatione, in conscientia foro: quod fatentur Thomas, & omnes qui principalem hac de re conclusionem admiserunt. dolus etenim, & fraus nemini patrocinari debet. Sed & illud adnotandum est, fraudē non fieri in ludo, cum quis cautelis, quæ iuxta ludi leges licitæ sint, vtatur: vel id faciat, quod natura ludi permittit. qua ratione quoties fuerit controuersum: an fraus in ludo contigerit, obseruandæ sunt leges ludi, vt si quid aduersus eas arbitrio, & iudicio peritorum actum fuerit, id fraude actum fuisse iudicetur: & ideo tunc restitutio adquisitorum erit necessaria. Quod si leges ludi nō violentur, quæ tacito consensu ludentium receptæ sunt, vt cuncte eorum alter dolo, & cautelis vtatur: nihil id pertinet ad obligationem restituendi pecuniam lucro adquisitam, cum is dolus bonus sit. l. 1. ff. de dolo. Nam licitum est legibus ludi vt. gloss. in l. in executione. §. vlt. & ibi. Doct. ff. de verb. obligat. gl. in l. si rem. §. vlti. ff. de præscrip. verbalia in l. si ex plagis. §. final. ff. ad l. Aquili. gl.



Secundæ partis Relectionis.

& ibi Detius. in. l. iure civili. ff. de regul. iur. tradit Iason. in dict. l. in exequutione. §. ultimo. Sic denique sunt interpretanda conclusio nis verba, quæ fraudem, & dolū excludunt: poteritque quispiam ex his plura dubia definire, & quæ stiones dissoluere hoc in tractatu frequentissimè contingentes.

Deinde illud exigitur, quod ludentes habeant rerum administrationem liberam, ita quidem, vt possint res proprias saltem eas, quæ a lœ periculo, & ludo apponuntur, alienare: alioquin adquisitio nulla est ipso iure. & inde obligatio restituendi oritur: quem admodum frequentissimo omnium consensu expeditum est. Quibus addit eleganter Alfonso à Castro in dict. cap. secundo. Corol. secundo. quòd si aliquis eorū, qui ludere ex præmissa causa non possunt, lucratus fuerit aliquid ab eo, qui ludere potest, nec id impedimentum habet; cum esse obligatum ad restitutionem lucri, perinde vt alter illi restituere teneretur, si quid ab eo ludo adquisisset: cum natura huius conventionis æqualis sit, & hanc legem habeat, vt vel neuter, vel vterque conventionis iure ligetur. Nā & in hoc contractus pacto, consensus vtriusque considerandus est, qui denique is est, vt non aliter in conditionale pactio nē cōueniāt, quā si vtrinque fuerit cōditio equalis, & esse possit: idcirco qui cum

minore filio familias ludita cōuenisse cum eo videtur super appositis rebus amittendis, si & minor habeat parem cum maiore in hoc cōditionem. ergo deficiēte consensu maioris convenientis cum minore, minor ipse iniuste recipit, & acquirit ludi lucra, & aduersus conventionis leges ea retinet: vnde tenebitur omnino ad restitutionem. Quòd equissimum est, tametsi digni forent qui cum minoribus, similibusque personis ludere conueniunt hac, & maiori pœna.

Hinc pulchra definitur dubitatio. Contingit sanè quod alter ex ludentibus, qui primas, & potiores partes ludi habet: quique necessario victor euasurus est: obuenit enim illi ludi fors, quæ certo certius omnibus, quæ alteri obuenire possunt, potior est ad victoriam: sponsionem auget, appositamque pecuniā certus de illius lucro duplam efficit: alterò ob ignorantiam minime recusante sponsionem illam, eiusque additionem: an in hac specie adquisitū, sit necessario in animæ iudicio restituendū, oportune queritur: & videbitur, ita receptū, & adquisitū restituendū esse: ex eleganti Bar. sententiā in. l. quæro. ff. de actio. emp. qui scribit, vendentē alteri frumentum certo precio, & eo tempore iusto, scientem tamē occulte, & secrete à senatu decretū esse, vt minori precio vendat, si emptor inscius sit huius decreti, teneri

§. Quartus.

teneri emptori ad id quod eius interfit, frumentū illo precio emisse. idem sentit. glo. in. l. contra legem. ff. de legibus. Romanus in singu. 282. ea ratione, quod emptor si sciret, quod venditor sciebat, non tanti frumētum emisset. idem & in animæ iudicio quo ad restitutionem tenent Cōrrad. de cōtractibus. q. 62. & Ioan. à Medina de restitutio. q. 35. Nam & venditor certus de diminutione valoris rei, quam vendit, tenetur emptori ignorantiam damnum illatum restituere: propter malam fidem. à quibus & illa species expenditur. cum quis frumentum habens, inopia Rempublicam opprimente: sciat, naues paulo post frumentum aduecturas, quo vilitas annonæ cōsequutura sit, viliorique precio frumentū sit vendendū: an teneatur is ciuibus ignorantibus hoc ipsum prænuñciare: ne tãti emant frumentum, quod ab eo venditur: cuius quæstionis disputationē Cicero tradit eleganter lib. 3. de officiis, fraudē existimās subesse huic venditioni, nisi venditor quod ipse scit emptoribus manifestum fecerit: & ideo nō esse honesti cuius officium ita dolose cōuentionē istā tractare. igitur & in proposita ludi quæstione, eadē ratiōe dicendū erit, teneri ad restitutionē, qui lucrū ex ea causa habuerit.

Sed cōtrariā sententiā ipse veriorē esse cōseco, potissimū ob naturalē ludi legē, quæ cōsensu vtriusque hanc

cōditionē habet, vt qui meliorē ac potiorē ludi partē habuerit, is possit, etiam certus de lucro alterum ad augēdam sponsionem inuitare, appositamque pecuniam augere: modo alia fraus minime lateat: atque ita in specie adnotauit Ioan. à Medina de restit. q. 22. pulchre Deti. in cons. 115. respondēs idem in his pactio nibus, quas Hispani Apuestas vocamus. Nā & is scribit, conventionem validam esse, liciteque ex ea adquiri, etiam si alter sciat certo iam euenisse illud: de cuius euentu pactio fit.

Non obstat Bart. opinio: nā in quæstione per eū tradita sciētia alterius ad decipiendū ignorantē, non est de natura contractus: imo ei refragatur propter fraudē saltē re ipsa cōtingētē: quæ ab eo cōtractu abesse debet. At in hoc ludi tractatu natura cōuentionis est, lexque ludi hoc habet, vt sciēs se certū habere lucrū, et potiores ludi partes, possit alterū ignarum ad appositam pecuniā augmētū prouocare. Sicuti & secūdū ludi leges, qui iā scit appositā pecuniā certo perdidisse: quia habet peiorē ludi euentum poterit caute, & simulate sponsionem augere, vt cogat alterum inscium, & ignarum cedere, & eam recusare: & tandem ex hoc cōsequitur pecuniā appositam, quā si non auxisset, alter habiturus tuto esset: quāuis et hic in hac specie augens sponsionē periculū subit amittēdæ pecuniæ, quā



modo addit, si alter minimè cedat inno prouocationi consenserit. Sed & in quæstione Bart. quo ad conscientia iudicium scribit Thomas. 2. 2. q. 77. art. 3. non teneri venditorè ad restitutionè: quam uis malefecerit, & ob id possit aliqua pœna puniri. Quia venditor merces vedit eo precio, quo iustissime æstimari poterant cõmuni hominũ iudicio. vnde nulla fit in iuria, quantũ ad cõmutationè, emptori: & ideo veditor liber est ab obligatione restituendi: quippe qui iuxta precium præsens rē vedit, nec vllā culpam habeat, si nõ enũtiet, quæ aliunde futura sunt: licet hæc denũciatio perfectioris hominis esset, adq; virũ bonũ, vbiq; sanctũ, honesti cultorè: nõ tantũ civilem pertineat, eiusq; muneris sit: vti docuere Thomas in dict. art. 3. & Alex. ab Ale. dierum Geniali. lib. 6. capitulo. 1.

Datur præterea obligatio restituendi in animæ iudicio ludo quæ sita: quoties quis alterũ ad ludũ cupiditate lucri inuoluntariũ attraxerit: secundũ Thom. 2. 2. q. 3. 2. art. 8. quæ cæteri cõmuniter sequuntur: modo hæc attractio leuis nõ sit: sed tanta quæ inuoluntariũ alterum efficiat: nempe cõuicia, opprobria, preces adeo vehemètes, quod his ausus nõ sit alter contradicere: quemadmodum à mente Thomæ deducitur: & fatentur Caieta. in dicto articulo. 7. Canonista in capitulo. clerici. de vita.

sequitur
et spiritus
leuis et
sufficit
sup hom
hæc
et presu
voluntate

fra tunc domum cum deso
tracta de iusticia et iure
et alii ad soluta quædam quæstiones

& honest. clericor. Alfonsus à castro, & alii, qui hanc materiam tractauerunt: ac præter hos Alciat. hũc sensum habuit libro octauo parergon. capit. 16. quamuis Adria. non satis iuste interpretatus diui Thomæ sententiam, contrarium ab eo adnotauerit: atq; ideo indefinite eius opinionè falsam esse dixerit.

Supereft tamen & illud hac in re discutere: an iure diuino, vel humano teneatur perdens in ludo aliquam pecuniã eã restituere alteri, cui promissit eã soluere tacita, vel expressa lege ludi: cum promissa pecunia tantũ: non ea appositã luderetur: Et Adrian. in. 4. sent. in dict. cap. quia in superioribus. probare conatur, non teneri hunc ad restitutionem: ex ea ratione, quod leges pecuniam in ludo perditam, & ludenti quæsitam iure contractus, in pœnam auferant ab eo, qui adquisiuit: iusq; eam repetendi concedant perdenti: vti manifestum est. igitur qui potest solutam iam pecuniam repetere legis decreto, poterit eam nondũ solutam iuste retinere. Frustra enim quis petit, quod statim restitutus est: lege. dolo. ff. de doli exceptio. Deinde si dixeris, has leges pœnales esse nec in animæ iudicio obtinere ante iudicis condemnationem: id verum est, quoties ad legis pœnam est necessaria iudicis executio: nam vbi pœna eius est nature,

naturæ, vt nulla indigeat iudicis executione: tunc & in foro conscientia pœnalis lex omnino seruanda est: vimq; & obligationem habet. Fit igitur vt in hac specie nulla detur restituendi obligatio. Rursus contrariã sententiam veriorẽ esse censent Ioan. à Medina dict. q. 2. 2. & Alfonsus à Castro in dict. corol. 3. quibus suffragatur quod lex concedens perdenti in ludo repetitionem, nõ auferit ex hoc dominiũ, nec ius ab eo qui iuxta leges ludi pecuniam lucratus est: sed tantum in pœnam ludentium permittit, & concedit repetitionem, & statuit, quod iudex cogat eum, qui ex ludo pecuniam habuit, eam perdenti reddere. ex quibus per legem ipsam nõ liberatur promittens à solutione pecuniae, quam alteri soluere promissit: ergo teneretur soluere ante iudicis condemnationem. Præterea non sequitur, perdens potest solutam pecuniã repetere: ergo eam nõdũ solutam non teneretur soluere. Nã promittens cũ iuramento soluere vsuras, teneretur eas soluere omnino: & tamẽ habet is repetendi ius. cap. debitores. de iureiur. deinde si perdes potes iuste nõ soluere pecuniam promissam, ergo alter, qui eam lucratus est, nullum ex ratione ludi adquisiuit dominium in re, quam lucratus est, nec ius aliquod habet ad illam: quia si habet dominium, aut ius ad illam, inde conuincitur euiden-

ter, perdentem teneri ad solutionem pecuniae promissae, quam perdidit: quia teneretur reddere alienum. quibus tandem fit, vt huius quæstionis decisio satis dubia videri possit.

Præsertim quia restitutio lucri contingentis in ludo, quæ in pœnam à iure indicta est, non ipso iure, sed per sententiam, & iudicis condemnationem fieri debet: atque ita antehanc condemnationem minimè teneretur qui lucratus est restituere, nec potest qui perdidit ius sibi dicere propria autoritate. Facit ad hæc, quod quandoq; licet humana lex actionem minimè concedat ad petitionem alicuius rei, non ex hoc alterum liberat, vel absoluit ab obligatione illam rem restituendi: sicuti diuus Thom. adnotauit in. 2. 2. quæstione. 77. articulo primo, ad primum.

Ego sane in hac difficili quæstione certo scio Adriani sententiam veram esse apud nos, qui huius regni cõstitutionibus tenemur obedire: propter legẽ à Carolo Cæsare latã, qua vetuit etiã ludos licitos pecunia credita, statuens neminẽ posse ludere nisi pecunia presentĩ & apposita. quod & ipse vir doctissimus Alfonsus à Castro in dict. Corol. 2. fatetur. Nam hac ipsa lege promissio facta inter ludentes nulla efficitur, & inutilis, & ideo etiam in iudicio anime nullam habet vim, nec obligationem

nem inducit: sicuti nec in foro iudiciali: idq; apud me certissimi iuris est.

Sed & semota regia cōstitutio-
ne mihi magis applaudet Adria-
ni sententia. Nam licet sciam, nec
negare possim, acquirentem ali-
quid ex ludo tutum esse in ani-
mæ iudicio ad eius retentionem:
quia ratione cōventionis, & mu-
tui cōsensu iure naturali vere id
adquisierit: nec lex civilis, quæ in-
ducit restitutionem in pœnâ ludi
prohibiti, ante iudicis cōdemna-
tionem obtinet: video tamen, iu-
stissimam humanam legem non
tantum lucranti negare actionē
ad petendam pecuniam causa lu-
di promissam: sed & concedere
perdētī pecuniæ iam lucranti tra-
ditæ, & acquisitæ repetitionem.
vnde signum est profecto maxi-
mum, lege humana non solum
non habere lucrantem ius ad pe-
tendum, sed & competere perdē-
ti ius ad pecuniam perditam repe-
tendam: & inde fit, v in pœnâ ipso
iure absq; vlla sententia iudicis is
qui lucratus est promissam pecu-
niam, cōstituatur incapax, & in-
habilis iuris petēdi eam, & id ius
transferatur in perdentem. Quam
ob rem cum isthæc pœna ipso iu-
re nullam requirat iudicis senten-
tiam, nec condemnationem, sta-
tim etiam in iudicio animæ iuste
potest ille, quem lex civilis libe-
rum reddit à solutione pecuniæ
promissæ, & præterea dat ei si sol-

uerit, repetitionem, retinere pecu-
niam promissam, cum promissio
nulla sit: nec eam teneatur pro-
mittens seruare. Eandem opinio-
nem probat regula iuris, quæ
dictat, exceptionem, & retentio-
nem ei competere, cui actio da-
tur. l. inuitus. §. cui damus. ff. de
reg. iur. l. creditori. C. de pact. l. 1.
§. his autem. ff. de superficiebus.
capitulo. qui ad agendum. de re-
gu. iur. in. 6. sed promittens ludi
causa habet actionem ad repeten-
dum quod dederit, vt plane fa-
tentur qui Adriani sententiam im-
probarunt: ergo si nondum solu-
erit, habebit exceptionem, & ius
retinendi rem promissam. idem
probat, quia si perdens in ludo
potest iuste lege humana repetere
rem ludo amissam: profecto po-
terit iustius eam nondum solu-
tam retinere. Nam vtcunq; sit, ac
dubitari possit, an ex eo quod à le-
ge negatur actio ad aliquid peten-
dum, eius rei possessor iuste eam
valeat retinere: quod ex variis cau-
sis definiri poterit: tamen quoties
lex humana eadem & iusta negat
actionem ad aliquam rem peten-
dam: & simul concedit eiusdem
rei repetitionem ipsi possessori, si
eam petenti dederit: tunc procul-
dubio existimandum est, iustif-
sime eam rem à possessore deti-
neri. quia lex ipsa ei ad hanc pos-
sersionem, auctoritatem approba-
tionem quadam præstat. Nec mihi
persuadere possum, quod Titius
iuste

iuste valeat centum Sempronio
soluta petere ab eo, & idem Ti-
tius eadem centum teneatur sal-
tem in conscientie iudicio Sem-
pronio nondum soluta omnino
soluere. etenim hic circuitus
vitandus est: quippe qui nullam
in republica vtilitatem afferat:
exceptis quibusdam casibus: qua-
lis est, qui in contrarium adduci-
tur ex capitulo. debitores. cum il-
lud sit speciale ratione iuramen-
ti: quemadmodum alibi docui-
mus. Nam ex vi simplicis pro-
missionis absque iurisiurandi re-
ligione nemo doctus negabit in
eo casu dari repetitionem post so-
lutam pecuniam promissam, &
fortiori ratione ius eam retinen-
di promittenti competere: vnde
argumentatio ab eo capite dedu-
cta facillime tollitur. Sic & spo-
liatus ante omnia restituendus
est, licet sit prædo, & licet post re-
stitutionem detur spoliati ius re-
petendi res illas, quibus alterum
spoliauerat: idque fit in odiū spo-
liantis. Et tamen in conscientie
iudicio ego non compellerem
spoliantem ad restitutionem re-
rum, quæ vere ipsius sunt, & qui-
bus alterum propria auctoritate
spoliauerit: tamen si, eum dignum
esse pœnitentia, & pœna censeam
ob id quod illicite iuris decisio-
nibus, & constitutionibus refra-
gantibus, iudicis partes assumpse-
rit: de quo aliqd tradidimus lib.
1. vari. resolut. cap. 2. numero. 15.

Hinc tolluntur plura, quæ ad-
uersus Adria. opinionem adduci
solent. Potissime illud quod de
iure, & dominio lucrantis in re
ludo ad quæ sita, traditum est: si-
quidem qui rem aliquam ludo
adquisiuit dominium, & ius in
ea habet post eius traditionem ra-
tione tacitæ, vel expressæ conuen-
tionis consensu perdētis factam:
donec per sententiam iudicis ea
re priuetur. at ante traditionem
profecto nullum ius habet ad il-
lam rem: quia iure illam exigen-
di per legem priuatur ipso facto
absq; ulla iudicis declaratione in
pœnam delicti, quod ludendo cō-
misit. imo ius civile, & humana
leges hanc priuationem inducen-
tes expressim approbant perdētis
retentionem: cum tandem, & si
is tradiderit rem ludo amissam
& perditam, cōcedant ei ius eam
repetendi. Quod secus est in spe-
cie, quam tradit Thomas. 2. 2. quæ-
stione. 77. articulo primo. in tra-
ctatu lationis intra dimidiam
contingentis. quia etsi humana
lex decepto actionem negauerit
non tamen ex hoc approbat deci-
pientis retentionem, nec eum tu-
tum reddit: quemadmodum ali-
bi latius explicuimus.

Cæterum ex hac disputatione il-
lud erit adnotandū, eum, qui pro-
missam in ludo pecuniā lucranti
soluerit, & tradiderit ratione pro-
missiois emisse absq; apposita pe-
cunia: posse post hanc solutionē iu-
ste



ste lege humana eandē pecuniā
repetere: quā soluit ex vi promif-
sionis, & conuentionis cum altero
contractæ: & fortassis existi-
mans, se teneri ad eam solutionē
etiam in animæ iudicio: cum ha-
buerit ad hanc opinionem doctif
simorū virorum autoritatem.

Ex. §. sequenti.

- 1 Quid sit vectigal: & item ius Regale, quod Hispani dicimus Alcauala?
- 2 Lex humana aliquid prohibens, vel præcipiens cum pœnæ adiectione: an obliget transgressorem ad culpam mortalem, vel venialem?
- 3 Lex humana obligat transgressorem ad culpam quādoq; mortalem: quandoq; venialem.
- 4 Lex pure pœnalis an ex se ipsa inducat obligationem ad culpam mortalem, vel venialem?
- 5 Nō potest quis licite fraudare vectigal principi debitum: imo tenetur in iudicio animæ ad restitutionem.

§. Quintus.

peti. na. armo suo die...
no. II. fructu...



Vndecimo ad hui⁹
tractat⁹ dilucida-
tionem oportet
inquire, an teneat-
ur ad restitutionem
is, qui regē,
aut eos, qui eius nomine vectiga-
lia iuraq; regia ex mercibus reci-
piunt, iuribus his fraudauerit, o-

mittens per fraudem, aut simula-
tionem hæc iura regi reddere: qui
busdam visum est, non teneri hūc
ad restitutionem, cuius quidem
opinionis disputationi præmitto:
inter alios reditus, qui principib⁹
a subditis hominibus debentur,
duo iura præcipua esse. primum,
vectigal: quod pro rebus ciuita-
ti, aut prouinciæ inuectis, vel eue-
ctis soluitur, olim octaua pars de-
bita erat. l. ex præstatione. C. de ve-
ctigalib. regia. l. 5. tit. 7. pars. 5. ho-
die autem decima est omnium re-
rum pars. dicitur etiam vectigal
tributum, quod reipublicæ ex fū-
dis, & prædiis a conductoribus
præstat. l. 1. ff. si ager vectiga. l.
eum qui vectigal. & ibi Alciat. ff.
de verb. signifi. & idē Alciat. lib.
3. dispūct. cap. 10. atq; hinc fundi
vectigales dicuntur hi, qui reipu-
blicæ tributum pendere tenentur.
Alterū ius, quod modo princi-
pibus apud Hispanos competit,
& redditur, ad decimā precii par-
tem attinet, omnium quidem re-
rum, quæ venduntur publice, vel
priuatim, siue res sint mobiles, si-
ue immobiles: hoc tributum vul-
go appellamus alcauala: quidam
apud externos gabellam dicunt:
Quanquam & ea dictio magis
in vniuersum accipiatur: sicuti
tradit post alios Bertachinus
in tractatu de gabellis. in prin-
cipio.

His deniq; constitutis Angel. in
Sūma, verb. pedagogiū. q. 6. opinat,
in

in conscientia iudicio non esse cō-
demnandum ad restitutionē eū,
q̄ hęc iura, & tributa principi, aut
publicanis non reddiderit, quoti-
es lex, quæ ea indixit, & si iusta
sit, pœnam tamen temporālē non
reddenti ob hanc causam impo-
nit. huius sententiæ ea est ratio,
quod vel hic agimus de pœna le-
gis, & hæc non debetur in con-
scientia iudicio. glo. in capit. tua
fraternitas. 12. q. 2. vel de ipsa prin-
cipali, & præcipua legis vi, & o-
bligatione ad soluendum hoc tri-
butum: & hæc non obligat quē-
quam ad mortalem culpam quo-
ties lex ipsa humana pœnam ad-
dit præcepto legis itidem huma-
næ: quasi satis censeat legislator
transgressorem humanæ legis pœ-
na tēporali puniri: nec eū velit ad
mortālē culpam obligare. Hanc
etenim sententiā, quod humana
lex aliquid præcipiens, & pœnam
addens temporalem: non obliget
transgressorem ad mortalem cul-
pam: cum satis sit transgressorem
ipsum se obtulisse periculo pœ-
næ, tenent, & verā esse existimant
Matthæ. Mathesilla. notabi. 78. Co-
pola cōf. ciuili. 13. col. 2. Decius pa-
rum sibi constans in cap. Nam cō-
cupiscentiam. 2. lectione. De con-
stitut. & Ludou. Gomeci in cap.
2. num. 60. de constit. lib. 6. Quo-
rum opinio a plerisque probatur
autoritate Hosti. & Ioann. An-
dre. in capitulo, relatum. de cle-
ric. non resid. qui idem tenent:

& eos sequuntur Iason in lege.
secunda. numer. 143. C. de iure em-
phy. idem in §. item si quis postu-
lante. num. 78. Inst. de actionib.

Hæc vero conclusio iure defen-
di non potest: præterquam quod
si vera esset, fere tota humanarum
legum vis periret, parumq; utilis
esset legumlatorum cura, & dili-
gentia, si pœna, quam ipsi legum
conditores legibus ad maiorem
earum vim, addidere, eas imbeci-
liores redderet: obiter tamen cō-
trariam sententiam vti verissi-
mam constituemus, & probabi-
mus, idque breuiter agemus, quā
do quidem omnium eruditissi-
me disputationem hanc perege-
rit Alfonso a Castro libro. pri-
mo. de potestat. legis pœnalis. ca-
pitulo octauo & sequentibus.
Sit igitur conclusio dubio pro-
cul certissima. Humana lex, quæ
iusta sit, vi humani præcepti ad
culpam eius transgressores obli-
gat, quandoque mortalem, quan-
doque venialem, etiam si pœnam
humano præcepto, legis condi-
tor addiderit. prima huius asser-
tionis pars constat ex eo, quod
humana potestas a diuina deri-
uetur, Prouerb. capitulo octauo
scriptum est. Per me reges regnāt,
& conditores legum iusta de-
cernunt. hoc ipsum & Paulus
docet ad Romanos, capitulo de-
cimotertio. Omnis, inquit, ani-
ma potestatibus sublimioribus
subdita sit. Non est enim potes-
tas



Secundæ partis Relectionis:

tas nisi à deo. quæ autem sunt, à deo ordinata sunt. Itaq; qui resistit potestati, dei ordinationi resistit. Qui autem resistunt, ipsi sibi damnationem adquirent. Qui quidem locus manifestam redit huius partis probationem. Sed & hoc apparet Deuter. cap. 17. Qui superbierit nolens obedire sacerdotis imperio, qui eo tempore ministrat domino deo tuo, ex decreto iudicis morietur homo ille. poena vero mortis lege Mosaica nunquam inflicta est nisi pro mortali culpa: sicuti Theologi frequentissime fatentur, & probant. Ergo apparet, transgressorem humanæ legis ad mortalem culpam quandoq; obligari. idem deducitur ex eo quod filius non obediens patri mortalem contrahit culpam: quemadmodum eadem, qua proxime utebatur, argumentatione colligitur ex cap. 21. deut. dum inibi sancitum est, filium non obedientem patri lapidibus occidendum fore. At non minor est potestas principis in republica, quam patri familias in priuata domo: imo tanto maior quanto maius est bonum totius communitatis bono particulari, & domestico: quod ordinatur ad bonum totius ciuitatis, & republicæ, authore Arist. lib. 1. polit. cap. 1. igitur legi humanæ obediendum est sub mortali quandoque culpa. est etenim iure naturali in omni humana societate suus ordo necessarius; in omni ordi-

ne suum caput, cui reliqui subesse obedireq; tenentur. tandem in re ab aliis admodum probata diutius immoremur, ita tenendum est, humanam legem siue ecclesiasticam, siue secularem quandoq; admortalem: quandoq; ad venialem culpam obligare. quod satis ostendunt Diuus Thom. 12. q. 96. art. 4. & ibi Caieta. Gabriel. in. 4. sent. dist. 16. q. 3. notab. 6. Florët. 1. part. tit. 18. cap. 1. §. 2. Adria. quodlib. 6. art. 1. Ioan. Maior. in. 4. sent. dist. 15. q. 4. & in. 3. sent. dist. 37. q. 16. Driedoni. de libert. Christi. lib. 1. Alfonso à Castro lib. 1. de potest. legis pœnalis. ca. 4. & 5. tradunt Abb. & inibi Feli. & Deti. in cap. 1. glo. & Doct. in cap. quæ in ecclesiarum. de constit. idem Panormit. in cap. quia pleriq; de immunit. eccles. & in proœmio. Rex pacificus. col. 4. Ias. in. l. nemo potest. ff. de legat. 1. num. 106. Abb. in cap. 2. de maiorit. & obed. Secunda conclusionis pars dicitur, non semper legem humanam obligare eius transgressorem ad mortalem culpam: sed quandoq; tantum ad venialem. hoc enim habet quæcunque lex: siquidem nec lex naturalis, nec diuina semper obligat transgressorem ad mortalem culpam: sicuti post alios docent Caiet. 2. 2. q. 186. art. 9. ad. 2. idem atius lib. 27. questionum. q. 21. Adria. dicit. quodlib. 6. art. 2. Albert. Pighius lib. 4. de eccle. Hierarchia cap. 2. & Alfonso à Castro dicit. lib. primo. cap. 5. documeto

§. Quintus.

documento. 4. lex siquidem naturalis mendacium prohibet: non tamen mendacium est semper mortale crimen: sed passim veniale: vt docet Thomas. 2. 2. q. 110. art. 3. & probatur in cap. primum. 22. q. 2. Sic & lex naturalis præscribit nobis in cibo, & potu obseruare mediū, ac regulam temperantiæ, quæ in eo consistit, vt tantū, & non ultra sumatur, quantum exigit necessitas, aut vtilitas corporis: cuius transgressio gula dicitur, & inter septem capitalia crimina connumeratur. Attamen non semper gula peccatum est mortale: imo veniale crimine est: nisi excessus sit plane immodicus, vel excedentem obiciat periculo peccati mortalis: quod omnes fatentur. Quando autem humana lex obliget illius transgressorem ad mortalem culpam: colligitur ex ipsius legislatoris intentione, & voluntate, quæ ex verbis legis deduci poterit, & præterea inde præsumitur, quod finis à lege prætensus, & in quem lex dirigitur maxime est Reipublicæ vtilis. Nam hinc constat eius transgressionem esse Reipublicæ perniciosam, & propterea satis consonum est, quod tunc interpretemur legistatorem voluisse transgressores mortalem contrahere culpam: sicuti aduocantur fere omnes qui paulo ante nominatim fuere citati: & præsertim Adrianus quodlibet. 6. arti. 2. Deti. in cap. nam con-

cupiscentiam. col. vltima. de consili. Ioan. Driedo. de libert. Christi. pagina. 266. quod ex variis causis cautissime est diffiniendum. Nec interim omittendum est, transgressorem legis humanæ cuiuscunque, siue inducentis culpam venialem, siue mortalem, semper mortalem contrahere culpam, si ex contemptu eam transgrediatur: siquidem contemptus ipse mortalem culpam semper habet secundum omnium Theologorum, & Canonistarum resolutionem: quæ colligitur ex Thoma. 2. 2. questione. 186. articulo. 9. Adria. dicit. artic. 2. Altisiodoren. libro. 2. tract. 19. & 20. & libro. 3. tractat. 9. Gersoni lectione. 5. de vita animæ spirituali. Ioan. Andre. & doct. in capitulo. sacris. de his quæ vi metusue causa fiunt.

Vltima conclusionis pars dicitur, humanam legem aliquid sub poena temporali prohibentem, quod nec diuina, nec naturali prohibitum erat, ad culpam quandoque mortalem obligare. nec enim ex eo obligatio ad mortale crimen cessat, nec tollitur, quod à legistatore poena fuerit transgressori imposita. cui sententiæ aduersus prioris opinionis assertores subscribere Domini. à. S. Geminiano, & Francus in ca. perpetuæ. notab. 6. & in ca. commissæ. 2. notab. de elect. in. 6. glo. & idē Dñic. in ca. 2. de constit. lib. 6. verb. sententiis. Feli. & Deti. in. 1. lect. cap. Nā concupiscentiā. de



cōstit. Syluest. verb. inobediētia. Ioan. Driedo lib. 1. de libert. Chri-
stia. art. 3. Ioann. Medina de restitu-
tiōe. q. 12. & q. 36. ad sextū. omniū
dubio procul diligētissime Alfō-
sus à Castro li. 1. de potest. leg. pœ-
nalis cap. 8. & seqētibus. probatur
hæc pars. Nam humana lex potest
obligare, etiam si laica sit, eius trāf-
gressorem ad culpam mortale,
& simul pœnam aduersus eū sta-
tuere, ita quidem, vt transgressor
huius legis teneatur ad culpam si-
mul & pœnam: cum pœna nō sit
culpæ sic contraria, vt non possit
simul cū ea stare. ergo lex huma-
na præcipiēs aliquid pœna statuta,
obligat transgressore ad culpam.
Quod si dixeris verū hoc esse: sed
ex intentione legislatoris probari
priorē sententiā: cū is statuēs pœ-
nā aduersus transgressores, nolit
ad culpam eos obligare: quasi nō
desit hac in parte potestas: sed vo-
luntas, certe miror, nec possū ita
rē hanc perpendere, vt existimem
legis conditorē, qui pœnā addit le-
gi ad eius maiorē vim, & execu-
tionē: velle imbecilliorē legē ab
eo cōditam ex hoc reddere, & ef-
ficere tollēdo ab ea culpæ obliga-
tionē. Præsertim quod plerūq; ex
pœna legi, & præcepto addita col-
ligitur, legislatorē habuisse volun-
tatē obligandi ad mortale culpam.
etenim ex pœna excōmunicatio-
nis à lege indicta, constat eam le-
gem ad mortalem culpam obli-
gare: cum alioqui non debeat ex-

cōmunicari quis, nisi ob morta-
lem culpam. capitulo. nemo. &
cap. certum. 11. q. 3. sic & Scotus ad
notauit in. 4. sent. dist. 1. q. 6. in leg.
Mosaica nusquam statutā fuisse
pœnam mortis, nisi vbi ex trans-
gressione legis culpa mortalis cō-
stitueretur. Et profectō iniquam
ipse censerem humanam legem
quæ pœnam mortis, aut mutila-
tionis membrorum imposeret
pro transgressione alicuius legis,
quæ ob publicum, leue tamen in-
commodum, nō esset digna mor-
tali culpa. tamen si fatear, posse le-
gislatorē humanum aliquid pro-
hibere graui apposita pœna, & ta-
men expressim insinuare se nolle
obligare transgressorem ad mor-
talem culpam.

Ex his patet nihil referre, an ipsa
lex pœnalis fuerit simul statutacū
ipsa lege morali: quæ prohibet id,
cuius transgressio pœnam legis
habet: an separatim: ab eodē an ab
alio legislatorē. eadē enim ratio,
quæ posteriorem opinionem pro-
bat cū lex simul prohibet, & pœ-
nam statuit, probat itidem veram
esse: cum ex interuallo ab eodē,
vel ab alio pœnalis lex statuitur
contra legis iam latæ transgresso-
res: & econuerso. licet Iason in di-
cta lege. 2. C. de iure emphyteut.
numero. 143. existimauerit, prio-
rem sententiā veram esse, vbi
constitutio vel sit facta simul pro-
hibens, & pœnam addens trans-
gressioni: vel ab eo, qui præcepit,

aut


aut prohibuit, ex interuallo con-
dita fuerit pœnalis pura lex pœ-
nam adiiciens priori constitutio-
ni: quod cogitandum dimisit
Ludoui. Gomeci. in dict. capitu-
2. nume. 60. de const. in sexto.

Hinc cōstat an verum sit quod
pœnæ adnotarunt priorē sen-
tentiam admittentes, vbi lex pœ-
nalis esset pure pœnalis, quæ nihil
præciperet, aut prohiberet: sed tan-
tum pœnam statuerit hoc vel il-
lud facienti. Nam in hac specie le-
gem istam non obligare ad mor-
talem, nec veniale culpam respon-
derunt Henric. à Gandauo quod
libet. 3. q. 22. & Ioan. Driedon. in
dict. lib. de libert. Christ. qui legē
pure pœnalem distinguunt à lege
mixta: quæ simul certum statuit
præcipiendo, vel prohibendo: &
transgressorem pœna puniēdum
esse censet. Sed quia Henricus
hanc responsionem non ita sim-
pliciter proponit, sed in hunc sen-
sum, vt lex pure pœnalis ex se ipsa
& ex verborum forma non obli-
get ad culpam: sed vel ex eo quod
præmittat id, propter quod pœ-
nam imponit, esse vel prohibitū
iam, vel præceptum lege diuina,
vel humana: & deinde concedit,
legem pure pœnalem ex intentio-
ne legislatoris pœnam statuentis
ad culpam obligare: nō ex se ipsa:
huius conclusionis auctor est Al-
fonso à Castro lib. 1. de potesta.
legis pœnal. capitulo. 9. post Gaie-
ta. quem ipse citat. 2. 2. quæst. 187.

artic. eo etenim capite doctissi-
mus ille vir maximis rationibus
probare nititur, legem pure pœna-
le ex se ipsa, nisi alia præcesserit na-
turalis, diuina, vel humana lex, mi-
nime obligare ex forma verborū,
& quatenus pœnalis est, ad culpā
mortale, nec veniale. addit præte-
rea non recte colligi à legislatore
intentionem obligandi transgres-
sorem ad culpā ex eo solū, quod
pœnam simpliciter, & pure statue-
rit, qua in re discedit ab Henrico
Gandauenfi, cū quo secundū eū
conuenit Syluest. verb. inobediē-
tia. licet Syluester ipse non satis
percipiens quid Henric. scripserit,
eum reprehenderit.

Ego sane fateor, legem pure pœ-
nalem ex ipsa verborū forma nō
obligare ad culpā: quanuis cul-
pam ipsam præmittat frequentis-
sime lex ista, ex alia lege diuina vel
humana: quemadmodum sense-
re Driedo. & Caiet. idq; eruditissi-
me ostendit, ac neruose Alfonso
à Castro in dict. cap. 9. cōcedo itē
non semper recte, nec necessario
colligi legislatoris intentionem
obligandi transgressorem ad cul-
pam, ex eo quod legem pure pœ-
nalem statuerit. Scio etenim non
esse hanc collectionem necessa-
riam. Attamen opinor plerumq;
ex lege pure pœnali, quæ pœnam
infert pro eo, quod alia lege nec
prohibitum est, nec præceptum,
quod raro continget, deduci pos-
se cōditoris intētionē ad obligan-

F ii dum


 dū eū, qui vel fecerit, vel agere omiserit id, pro quo pœnā statuit, ad mortale, aut veniale culpā. Nā ex subiecta materia pœnalis legis quandoq; cōstabit, legislatorē tale legē statuentē intēdere, vt fiat, vel omittatur id, propter quod pœnā imponit, quid enim si quod id fiat, vel omittatur expedit reipublicæ: & hæc ratio manifesta sit apud ipsum legislatorē: profecto censerem ipse tunc intentionem legislatoris legem pure pœnalem statuentis, eā esse, vt id fiat, vel omittatur. Sic deniq; si id fieri, vel omitti nō tantū est simpliciter vtile cōmunitati, cuius legis conditor curam gerit, sed & maxime interest eius ad bonū cōmune id fieri, vel omitti: quod præsumitur ob grauem pœnam lege pure pœnali statutam: non admodum alienum à ratione videbitur, in hac specie coniectare, intendisse legislatorē ad mortalem culpam obligare transgressorem eius, quod in hanc legem mere pœnalem pro eius materia deduxit. Quam ob rem iuxta hunc sensum admitti fortasse poterit quod Henric. Gandauensis & Syluest. adnotarunt.

Postremo ex hac disputatione apparet, non esse iustam, nec congruam rationem opinionis eius, qua quibusdam placuit, vectigal, tributum, aut decimam rei venditæ æstimationis et precii partem non esse necessario in animæ

iudicio regi soluenda: nec teneri hæc iura fraudantem ad restitutionem: quod leges regie non solutibus hæc regalia iura pœnas à iudicibus exigendas imponant. cōstat etenim fragilem omnino esse hanc rationem: minimeq; veram efficere hanc tam audacem, & proteruam conclusionem.

Idcirco quæstioni propositæ respondententes hanc omnino veram conclusionem edimus. tenetur in animæ iudicio præter mortalem, quam contrahit, culpam, ad restitutionem is, qui tributum, vectigal, aliaq; regalia iura principi reddere per fraudem, aut simulationem omiserit: modo hæc ipsa tributa iusta sint, nec legē iustæ exactionis egrediantur. Huius assertionis ratio ea est, quod princeps iuste tributa, ac vectigalia exigat, modo hæc tributa tyrannidē ob excessum graue non sapiant. Probatur hæc ipsa totius veritatis basis, & fundamenti pars potissima autoritate, ac testimonio Saluatoris qui interrogatus, an liceret cenitum dari Cæsari respondit Matthæi capit. 22. Reddite ergo quæ sunt Cæsaris Cæsari, & quæ sunt dei deo. quo in loco secundū Hieronymum, & Theophylactum præcepit deus dari, ac reddi tributa Cæsari, & principibus: idem fecit dum Matthæi capit. 17. iussit Petro, vt staterem pro se, & ipso Petro solueret. item Paul. ad Roman. capit. decimotertio, inquit. ideo

ideo enim & tributa præstatis: ministri enim dei sunt, in hoc ipsum seruietes. Nā multi sunt labores, quos principes pro populo tolerāt: cū ei? curā gerūt, rebusq; publicis prospiciūt, ac laborāt in exequutiōe iustitiæ, vt suum cuiq; ius reddatur: vt nemo alterū lædat: prouinciāq; bello, et armis tutātur, ne à finitimis gētibus opprimat. qua ratione iuste principes tributa & vectigalia exigūt à populo. siquidē dignus est mercenarius, qui operatur, mercede sua: ita sane diuinū eloquiū dicitur, Lucæ cap. 10. dignus est operarius mercede sua. igitur sicut principes cauere debent ab iniustis exactionibus, quæ potius ad luxū, & delicias, quā ad expēsas necessarias defensionis, & administrationi reipublicæ, iustaq; labores mercedē pertineant: ita & subditi abstinere debent à fraude, & simulatione, quibus principē ipsum debitis iuribus, & tributis defraudēt, cū potius teneantur eareddere principi, eiusq; publicanis. reddite, inquit Paulus, omnibus debita: cui tributū: tributū: cui vectigal, vectigal: cui timorē, timorē: cui honorē, honorē. Hæc igitur sententiā, quod teneatur qs in animæ iudicio principi reddere tributū, vectigal, & alia iura regalia, quæ iusta sint, asserūt Panormit. et ibi Doct. in ca. innouamus: de censib. & pleriq; alii, quos referunt, & sequūtur dicētes, hanc opinionē cōmunē esse

Bertachinus in tract. de Gabellis parte. 9. in princip. & Syluest. ver. Gabella. 3. q. 8. eadē sententiā defendunt Ioan. Medina. in lib. de contractib. q. 13. & Alfonsus à Castro lib. 1. de potest. legis pœnalis capitulo. 11.

Hinc infertur, eos q; simulatione, & fraude occulte contrahūt, mercesq; inuehunt in ciuitatē, vel prouinciam, aut euehunt, quo publicanos effugiant, ipsosq; debitis iuribus, & vectigalibus defraudēt, peccare quidē mortaliter, & teneri ad integrā vectigaliū restitutionē, etiā si vectigalia nō petantur, Nā hi, qui merces inuehunt, aut euehūt tenentur eas per viam publicam, consuetam, & regiam transmittere: easq; non occultare. l. 5. titul. 7. part. 5. l. 96. 97. & l. 107. inter leges de las alcaualas.

Secundo ex his deducitur intellect. ad tex. in l. fi. §. diui. in ultimo. ff. de publicanis. quo iuxta quorundam interpretationē probatur, transuehentem merces per locum publicum, & consuetum absq; vlla fraude: errore poti?, mercium professionem omittentem, teneri ad dupli pœnam. Nam id obtinet in iudicio exteriori: at in animæ iudicio solum tenebitur ad vectigalis simplicis solutionem.

Sic regia. l. nona. & l. 10. titulo. 10. libro. sexto. ordina. statuit, transmittentem merces per loca publica, & consueta: si ibi nullus sit portitor, nec custos qui vectigal exi-



Secundæ partis Relectionis.

gat, nulla pœna puniendum fore, etiam si absq; vectigalis solutione transferit cum mercibus: teneri tamen ad solutionem, & redditionem vectigalis.

Tertio hinc infertur interpretatio vera ad tex. in l. Regia. 120. de las alcualas. qua constitutum est, venditorem cuiusq; rei, ex qua regi precii pars decima debita sit, teneri sub pœna alterius decimæ notam facere publicano illam venditionem. etenim licet dupli pœna in iudicio interiori nequaquã debita sit: tamen quo ad idem iudicium venditor profecto peccat, & tenetur ad restitutionem decimæ ipsis publicanis

Hoc probatur ex eo quod venditor tenetur decimam precii partem regi, vel eius publicanis reddere tanquam eis debitam: ergo tenetur publicanis notam facere venditionem. Cõsequens hoc manifeste patet, & colligitur. Quia vel tenetur soluere debitam pecuniam, vel saltem creditori ignoranti debitum, notum id facere vt vel creditor remittat debitum, vel ad diem soluendi dilationem concedat. cum interim creditore ignorante: pecunia eo inuito retineatur: siquidem ignorans, inuoluntarius sit. deinde venditor, qui nõ denuntiat publicanis venditionem, damnum eis dat circa rem sibi debitam: quam publicani ob ignorantiam petere omittunt: & præterea tenetur decimam precii par-

tem iure obligationis legalis regi soluere: vel eius nomine publicanis etiam, qui notam habuere venditionem. igitur tenetur venditor etiam in iudicio interiori animæ soluere pecuniam lege iustissima debitam etiam publicano scienti: & ignorantia denuntiare venditionem factam fuisse: cū lege ad hanc denunciationem teneatur: alioqui eã omittēs ex capite damni dati tenebitur ad restitutionem: præterquam quod & ipse ratione decimæ debitæ ex precio rei venditæ itidem tenebitur ad restitutionem. Sic etenim sunt intelligendæ leges Regiæ, quæ de hac materia tractauerunt.

Cæterum sicubi consuetudine obtentum fuerit, quod dicta venditionis denuntiatio nõ sit necessario faciendæ publicanis: & quod hæc decima precii, vel vectigalia eis nõ soluantur, donec fuerint petita: tunc fortassis in animæ iudicio non tenebitur quis ad vectigalium, nec ad decimæ solutionem ante publicanorum petitionem: modo nulla facta fuerit fraus ad hoc, vt occulta sit venditio, vel vt publicanos lateat mercium transmissio. quod probatur ex his, quæ de decimis ecclesiasticis tradidimus libro primo variarum Resolutionum: capitulo decimo septimo, nume. 8.

Quod si vectigalia iniusta sint, nepe ab eo indicta, qui ius ea indicendi non habeat: vel absq; vlla causa

causa

§. Sextus.

causa præter iustam laboris, & regiminis mercedem à principe institutam nõ tenebitur quis in conscientia fore ea soluere: ac poterit absq; villo erimine, eiusq; labe eorum solutionem cautelis, aliis modis omittere, secundū Bart. in l. vectigalia. ff. de publica, et vect. quem alii docto. frequentissimo omnium consensu sequuntur.

In his vero rebus, quæ à prouincia in prouinciam transmittuntur, illud obseruandū erit, quod si nullum vectigal sit pro earum transmissione institutum, nec debitū: sed tantum pœna sit statuta aduersus transmittentes res vetitas: hæc ipsa pœna in iudicio conscientie, & interiori exigenda non est: nec necessario soluenda: quod tenuit Ioan. à Medina de rest. quæstio. 15. ad finem.

Ex. §. Sequenti.

- 1 Fur, seu Violentus rei alienæ occupator tenetur in animæ iudicio restituere rem, etiam si ea perierit absq; eius culpa: modo non foret eodem pacto apud dominum peritura.
- 2 Fur an teneatur rem extinctã iam, restituere eius estimationis, cuius maxime fuerit à die commissi criminis?
- 3 Fur, & iniquus rei alienæ inuasor an possint in animæ iudicio retinere expensas viles, & meliorationes deducere.
- 4 Fur, & iniustus possessor qualiter in iudicio conscientie teneantur ad restitutionem fructuum perceptorum, & eorum, qui potuerunt percipi?



Decimo libet ab eadẽ regula adnotare iure naturali, & diuino neminem teneri ex acceptione rei alienæ iniuriosa, vel ratione illati damni ad aliud, quã illati damni reparationem, & eius, quod alterius vere interfit, restitutionem. Hoc etenim dicitur ratio, quæ inducit obligationem restituendi: sicuti in principio huius relectionis ostendimus. vnde plura in huius regulæ tractatu dubia definiiri poterunt.

Primo hinc constabit vera resolutio ad eam dubitationem, qua cõtrouertitur, an fur, raptor, et violentus rei alienæ possessor, teneatur ad restitutionem postquam res ablata, absq; eius culpa perierit: Nã glo. hic Diuus Thomas. 2. 2. q. 62. arti. 6. Syluest. verb. furtum. §. 16. & cæteri huius regulæ interpretationem examinantes passim asseuerant, iniquum rei alienæ occupatorem teneri omnino ad restitutionem rei per iniuriam ablata, quo ad æstimationem, etiam post eius interitum absq; culpa occupantis contingentem. idem ipse censoo verum esse. Etenim & ad forum conscientie præter superscriptam rationem poterunt induci ea, quæ apud iudicem

F iiii exterior-



Secundæ partis relect.

exteriorem sufficiunt ad huius æstimationis condemnationem: siquidem cum hic occupator aliæ rei ob crimen, & malam fidē, quam ab initio habuit, semper est in mora. l. in re furtiua. ff. de condict. furt. lege vlt. C. eo. tit. & alibi passim. moroso autem semper imputatur rei interitus, etiam absque eius culpa contingens. l. nemo. §. vltimo. & l. si seruum. ff. de verbo. obligat. lege. i. §. rectissime. & l. merito. ff. de vi. & vi armat. & in l. vltima. ff. de condict. furt. cuius meminit Bal. in rub. de rei iud. in princ. idem probatur. in l. prima. C. quod met. caus. & in l. cum res. §. vlt. ff. de legat. i. Atque ita in hac specie mihi placet iuris ciuilibus responsio, vt & ea in animæ iudicio seruanda sit, ea ratione, quod fur per iniquam acceptiōnem alterum in illius re peremptæ æstimatione læserit: quæ quidem res etsi perierit penes furem absq; eius culpa, fortassis nõ ita penes dominũ periisset: cum eam ante interitum alienare potuisset, vel aliis remediis ab interitu liberare. Sed huius quæstionis controuersia maior tendit in eum casum, quo certum est, dominum rei furto ablata, eam ante interitum non fuisse alienaturũ: & eodem modo apud ipsum rem illam perituram, sicut & apud furem perit, an in iudicio animæ teneatur fur ad æstimationem: Ancharr. hic quint. oppo-

sitione. respondet, furem in hac specie teneri ad æstimationem in consciētia iudicio. tãdem Ancharranus eandem distinctionem admittendam esse censet in iudicio animæ, quæ & apud iudicem exteriorem seruanda foret. Nam in foro exteriori receptum est frequenti omnium consensu, occupantem rem alienam mala fide per crimen, & delictum, teneri omnino ad eius restitutionem, & æstimationem re perempta apud ipsum: eodem penitus modo, quo & apud dominum foret peritura glo. in dicto. §. rectissime. Bart. cõmuniter receptus post glo. ibi. in l. quod te mihi. numero decimo. ff. licet. pet. glossam in lege. itẽ si verberatum. §. vltimo. ff. de rei v̄dicat. gloss. communiter approbata in dict. lege. nemo. §. primo. verbo. homo. quam opinionem fatentur communem esse Alexã. in dicta lege. cum res. §. vltimo. ff. de legatis. primo. & iuniores in dict. lege. quod te mihi. atq; Alexand. in dict. lege. nemo. §. i. eandem sententiam & in foro animæ dicit esse iustam Ioan. à Medina de restitutione, quæstione. sexta. Ego tamen contrariam veriore esse opinor in animæ iudicio: quippe qui videam ratione naturali furem, raptorẽ, & deniq; rei alienæ occupatores, teneri tantum domino iniuriam passo restituere damnũ, quod per acceptiōnem iniquam eis illatum fuerit.

Hæc

§. Sextus.

Hæc etenim est vera æqualitatis, & iustitiæ ratio: ne quis ex alterius iniuria damnus in propriis rebus patiat: quod Diuus Thomas docet secundæ quæstione. 62. & alii Theologi restitutionis obligationem à iure naturali deducunt, idem præmittunt. quo fit, vt raptor, fur, vel violentus rei alienæ occupator, ad rei æstimationem in minimè teneatur post eius interitum, si eadem res eodem modo foret apud dominũ peritura: nec eam ante interitum dominus esset venditurus. Nam & iure ciuili apud iudicem exteriorem nõ est omnino certa communis opinio: quæ ad modum cõstat ex disputatione huius quæstionis tradita per Franciscũ à Ripa in dict. l. quod te. nu. 28. imò re perempta penes iniustũ eius occupatorem, quiq; eam in iuria, & scelere à domino habuit, eodem modo, quo penes dominum fuerit peritura, restitutionis obligationẽ, extingui etiam quoad æstimationem, probat textus elegans in l. item si cum exceptiōne. §. sed & si quis. versic. sed & si non culpa. ff. quod met. caus. cui non satis apte hactenus responderunt communis sententiæ auctores: idem probat textus in l. si plures. §. vltimo. ff. deposit. quibus authoritatibus aduersus communem sententiam tenuerunt Martinus ex antiquiorib; & qui dam alii, quos sequuntur Fulgo-

si. Iason. num. 28. Detius. numer. decimosexto. & Curtius Iunior. numer. trigesimalotertio. in dict. l. quod te mihi. Et profecto ex pluribus iuris locis, quæ pro communis sententiæ citantur, adducuntur etenim plures, nullum ego legi, à quo communis opinio vel aperte, vel per congruam argumentationem deduci valeat. idcirco licet obiter etiam in foro exteriori Martini sententiam admittens, opinor saltem in animæ iudicio eam esse veriore: siquidem & si per humanas leges in hoc casu adhuc debitor teneretur ad restitutionẽ, id potius ad pœnam criminis, quam ad damni illati cõpensationem pertineret. Pœna vero in consciētia iudicio minimè debetur: sed tantum damni dati cõpensatio. fit igitur hanc partem non tantum equidrem esse, quod Ioannes à Medina fatetur: sed & iustiore.

Secundò eadem ratione constat vera interpretatio textus in l. in re furtiua. ff. de condicti. furt. si ex causa, inquit Vlpianus furtiua res condicatur, cuius temporis æstimatio fiat, quaritur: Placet tamen id tempus spectandum, quo res vnquam plurimũ fuit: maximè cum deteriorem rem factam fur dando non liberatur: semper enim morã fur face-re videtur. Ex quibus verbis adnotauit Bart. quod re perempta suc-

F v cedit



Secundę partis relect.

cedit obligatio contra furem ad estimationem, quanti res plurimi fuerit, eo tempore, quo dominus ea caruit. Enimvero iuxta leges iustitię commutatiuę satis est, quod res furto ablata domino restituatur, vel ea perempta, iuxta eius æstimatio: quę iustissimam efficit damni dati compensationem. Nec ad hanc pertinet æstimatio quanti ea res plurimi fuerit à die furti commissi, vbi dominus eo tempore, quo plaris valuerit, non foret eam venditurus, nec furis culpa valor ipsius rei fuerit diminutus. quod Syluest. sensit verb. furtum quæstione. 16. & esse hanc humaniorem sententiam asserit Ioannes Medina dic. quæstione sexta. licet opinetur contrariam iustam esse. quod si res à fure ablata esset apud dominum vendibilis ita quidem, vt eo die quo plurimi valuit ab eo venderetur, ea temporis huius æstimatio ad verum damnum pertinet, & ad eius satisfactionem.

Tertiò infertur qua ratione seruandę sint in animę iudicio leges humanę, quę de sumptibus ac meliorationibus à fure in re furto ablata factis, tractauerunt: an & iuriscōsultorum responsa sint & in foro animę admittenda? Ego quidem leges dantes furi, & cuicumque malefidei possessori expensarum, & meliorationum retentionem, aut repetitionem: nō ambigo esse in animę iudicio ex

acte custodiendas, & secundum eas à sacerdote restitutionis materiam examinandam: atque ideo mente ab eo tenendam esse distinctionem Bartol. in. l. in fundo. ff. de rei vendic. per textū. ibi. & in l. Domum. C. de rei vendicat. vbi Salycet. optimus textus in. l. plane. ff. de petit. hereditat. & in. §. ex diuerso. instit. de rerum diuisione. Regia. l. 43. titul. 28. parte. tertia. Sed quę possunt in conscientię iudicio dubitationem, & scrupulum mouere, circa eas contingunt leges, aut interpretum responsiones, quę furi, & male fidei possessori expensarum, & meliorationum repetitionem, & retentionem negant. In quibus, cum bonę fidei possessoribus hoc non negetur, vel est adsumenda ratio à præsumpta male fidei possessoris donatione, vel à legali pœna ob malam fidem, & iniuriosam rei alienę occupationem, statuta. vtroque vero casu in conscientię iudicio aliter est accipienda res ista: cum in eo nec locus sit præsumptionibus, nec legali pœnæ saltem ante iudicis condemnationem, sed tantum in materia restitutionis agatur de damni illati reparatione, & de re aliena, vel iure non quæsita restituenda: quemadmodum superius adnotatum est. vnde erit quo ad animę iudicium examinandus text. in. l. ex argento. ff. de cōd. furt. Ex argēto, inquit

inquit Paulus, surrepto pocula facta, condici posse Fulcinius ait. Ergo in cōdictione poculorum etiā cēlaturæ æstimatio fit, quę impensa furis facta est, quemadmodum si infans surreptus adoleuerit, æstimatio fit adolescentis: quanuis cura, & sumptibus eius furis creuerit. Hactenus iuriconsultus: ex quo apparet, etiam expensas necessarias non deducere furem ab estimatione rei, quam furto habuit. Sed hoc quo ad expensas necessarias, tantum obtinet in alimentis, quę seruo surrepto præstita fuerint. l. prima. C. de infant. exposit. notat Salycet. in dict. l. domum. penult. colum. probatur item furem, & male fidei possessorē nec per actionem, nec per retentionē posse consequi expensas vtilis in re aliena factas: ex quibus. res ipsa meliorata fuerit, & maioris sit estimationis: tametsi male fidei possessor possit has expensas deducere, per deductionē edificiū, & materię, seruato illi pristinō rei statu l. domū. C. de rei vend. vbi Saly. & communiter Doct. notatur in l. si in area. ff. de condi. inde. dict. §. ex diuerso. & in dic. l. in fundo. regia. l. 43. paulò ante citata. Imò in fure illud constat quod re perempta tenetur is in foro iudiciali reddere estimationem eius, & iustum valorē: quo æstimari possit, ita vt erat meliorata expensis furis. textus in dicta. l. ex argento. Sic & ob malam fidem possessor

expensas voluptatis, & ornatus causa factas: non quidem vtilis: nec poterit petere, nec retinere per deductionem materię, seruato etiam illi pristinō rei statu. glos. frequentissimo omnium consensu probata in dict. l. in fundo. textus & inibi Salycet. in dicta. l. domum. dict. regia. l. 43. Hęc sanē omnia in iudicio animę non ita vt in exteriori obtinere debent: quippe quę minimē sint necessaria ad illati damni compensationem. Quam obrem in iudicio interiori qui alienū seruum furripuerit, in eiusque alimentis aliquid impenderit, poterit eas impensas retinere cum de seruo restituendo tractauerit. has etenim dominus facturus esset omnino: & ideo æquisime à male fidei possessore retinetur: qui tamen & fructus serui restituere debet si quos ab eo percipit, aut percipere potuisset: quod statim examinabimus. Sed tamen etiam si nullos fructus perciperit à seruo, poterit nihilominus retinere alimēta, quę seruo præstitit. Eadem ratione male fidei possessor in animę iudicio poterit retinere impensas vtilis, quas in re aliena fecerit, & ex quibus res ipsa melioris, maiorisque sit effecta estimationis, ipseque dominus ex hoc sit locupletior. Nam in pœnam criminis, & male fidei lex humana statuit, nō posse has impensas repeti, nec retineri: pœna verò hęc licet in foro iudi-



Secundæ partis relect.

iudiciali obtineat: non ita in animæ iudicio procedit: quod in hac specie notat Ioan. à Medina dict. q. 6. 2. parte. dum contendit, tantū esse in restitutione, damni illati cōpensationem obseruandam. ergo poterit fur vtiles expensas in conscientia iudicio retinere: cum ex eis res sit modò maioris æstimationis. Præsertim quod & has posse in foro iudiciali repeti, & retineri à malæ fidei possessore cēsuit Martinus cuius opinionem defendit Carolus Molin. in consuetud. Parisiens. titulo primo. §. primo. glossa, quinta. num. 87. Hinc apparet responsum iuriconsulti in dicta. l. ex argento. in priori eius parte, non esse recipiendum in foro interiori: cū id non pertineat ad veram iustitiam commutatiuam: & idcirco re perempta fur tenebitur ad ei⁹ æstimationem simplicem, non ad eam qua poterat æstimari in eo statu prout res erat expensis, & cura furis meliorata. nisi eo casu, quo verisimili coniectura eam meliorationem fecisset dominus, ni res foret ab eo ablata: etenim tunc tenebitur fur ad æstimationem meliorationum deductis expensis, quas dominus in hoc fecisset: quia & in hac melioratione videtur per furtum dominus ipse læsus, Postremo & illud constat, furem, vel malæ fidei possessorem posse in iudicio animæ deducere, per subtractionem

materiæ ab edificio absque læsione ipsius rei, & eius pristini status, expensas, quas in re ornatus, & voluptatis causa fecerit: cū in hoc dominum rei minimè lædat: nec ei damnum inferat.

Quartò ex superscriptis cōstat: quæ ratio sit habenda in restituendis fructibus rei furto ablata: si quidem de fructibus à bonæ fidei possessore perceptis hic agendum non est. igitur quo ad fructus, quos malæ fidei possessor reddere tenetur, obseruandū est in iudicio conscientia, quod damni dati per iniuriosam acceptionem rei alienæ reparatio fiat: quemadmodum iam adnotatum est. Et profecto fructus percepti à malæ fidei possessore, restituendi sunt omnino, licet eos perceperit propter eius industriam, & sollicitudinem, deducta huius sollicitudinis iusta mercede, etiam si dominus fructus istos non percepisset. quod notat in foro exteriori Bar. in. l. ratio. §. primo. ff. de actio. empti. distinguens, an fructus veniant in restitutionem vt fructus, an vt interesse: priori casu scribit hos fructus venire: non sic in posteriori secundum notata in. l. videamus. §. si actionem. ff. de vsuris. vnde ipse in animæ iudicio ab hac sententia Bartol. infero, fructus istos, si ex eis malæ fidei possessor effectus sit locupletior, vel eos habeat modo extates debere restitui domino rei non ratione illati damni,

§. Septimus.

damni, vel acceptionis inique: sed quia domino debentur eo quod fuerint re propria illius percepti: atque ita vt fructus extantes sunt domino rei restituendi ex decisione iuriconsulti in. l. si me & Titium. ff. sicertum petat. Quod si fructus isti singulari industriæ possessoris percepti, iam fuerint consumpti, nec ex eis fuerit possessor malæ fidei factus locupletior, tūc cum ratione damni illati peti nō possint, nec vt interesse lucri cessantis: si quidem eos dominus nō percepisset, opinor non teneri ad eorum restitutionem ipsum possessorem, etiam malæ fidei:

sic & eadem ratione in animæ iudicio tenebitur fur, vel iniustus alienæ rei possessor ad fructus, etiam percipiendos: quostamē vel attentata singulari eius industria, vel communi hominum cura, & diligentia dominus percepisset, nam & ita in foro exteriori ad hos fructus tenetur possessor malæ fidei. l. si maius. ff. de rei vendicat. secundum Abb. in capitu. grauis. de restitutio. spoliat. & ibi Doct. Alexan. & Iaso. in. l. apud Iulianū §. primo. ff. delegat. primo. quam opinionem fatetur esse communem Deti. in. l. generaliter. ff. de regul. iuris. atque ita tenendum est, quidquid ipse Detius. in ibi ab hac opinione communiter recepta dissenserit. existimans, non esse attendendam singularem domini industriam: sed eam, quæ omnibus

conueniat. Sed cōmunis opinio ex Bar. colligitur in. l. domum. C. de rei vēdicationis. quæ ratione in conscientia foro idem seruandum erit: cū hac restitutio pertineat ad damni dati satisfactionem ex eo, quod si res non fuisset iniuria, & furto occupata, eius verus dominus commodum hoc ab ea percepisset: quo quidem commodo fraudatur ob iniustam reipropriæ occupationem, nec in fructibus percipiendis etiam apud iudicē exteriorē attenditur singularis ipsius possessoris industria, quod notat Bart. in dict. l. domum. & est communis opinio teste Deti. in dict. reg. generaliter. quidquid cōtrarium post alios. adnotauerit Mathesilla. notab. 16. maximè Cinnus in. l. certū. i. q. C. de rei vendi.

Ex. §. sequenti.

1. *Iustitia distributiua à commutatiua differt.*
2. *Beneficia ecclesiastica, muneraque publica indignis conferentes, tenentur ad restitutionem illati damni, ac mortaliter peccant.*
3. *An dignior sit eligendus quo ad beneficia, & munera publica? & an iure humano electio digni omisso digniori valida sit?*
4. *Intellectus ad textū in capitul. tertio. de iure patronat.*
5. *Patronus tenetur digniorem presentare episcopo ad beneficij institutionem.*
6. *Eligens dignum omisso digniori an teneatur ad restitutionem?*
7. *Pater ex lege Regia meliorans filium dignum, vel indignum prætermisso digniori*



gniori: an peccatum ex hoc comiserit?
Impediens quod beneficium, aut officium publicum alteri detur, an teneatur ad restitutionem? Et quid de impediente legatum, donationem, vel heredis institutionem?

§. Septimus.

DEcimò tertio quaeritur satis congrue ad huius materiae tractatū: an teneatur in animæ iudicio ad restitutionem is, qui alterū læserit vel ex eo, quod ei digniori iuxta distributiua iustitiam nō cōtulerit officium, aut beneficium, ex quibus ipse munere publico seruire valeat reipublicæ, simul & redditum percipere ad eius alimenta, sumptusque necessarios: vel ex eo quod impederit, aut curauerit nē ei beneficium, vel officium publicum à principe detur? Huic controuersia prænотandum est, maximum discrimen constitui inter iustitiam distributiua, & iustitiam commutatiua. Etenim iustitia distributiua tractat de distribuendis bonis communibus, alicuius nempe communitatis, inter eos, qui eiusdem sunt communitatis: commutatiua autem agit de bonis priuatis vniciuique, cuius ea propria sunt, dandis, atque ita in hoc tendit, vt vnusquisque habeat à priuatis & particularibus, quod suum est. vnde prior iustitia constituitur respectu com-

munitatis ad priuatos: posterior vero respectu priuati ad priuatum: sicuti Aristot. docet libro quinto Ethicorum, capit. secundo. & post eum eleganter Tho. secunda secundæ, quæstione. 61. articulo. primo, Florentinus quarta parte tituli. quinto, capit. secundo & tertio.

Est & aliud obseruandū, quod qui munera publica, & reipublicæ magistratus, et officia indigno ex crassa ignorantia, vel scienter cōtulerit, præter peccatum graue, quod per acceptionem personarum aduersus iustitiam distributiua committit in eos, qui digni sunt: maximum damnum reipublicæ & his, qui ex iniqua electi administratione læduntur, palam infert: & ea ex causa tenebitur ad restitutionem illati damni quod probatur, quia qui causam damni dat, damnum dedisse videtur. capit. vltimo de iniur. idem constat ex rubri. C. & ff. de magistrat. cōueniend. l. prima. §. nunc tractemus. ff. de Tutel. & ratio. distra. glossa. in capitul. primo de sup. negli. prælat. adnotarunt in specie Anchar. in Clem. prima de etat. & qualit. in fine. Felin. in capit. si quando. de rescriptis. num. septimo Ioannes Lupi. in capit. per vestras. notab. 3. §. 26. nu. 11. & Adrianus in quarto sententiarū. tracta. de restitutione ca. quia iam determinatū est. vers. 2. cōclusio. Quod si dixeris, fortasse nullū damnum imminere

imminere ecclesiæ, aut reipublice ex indigni administratione: quia indignus nullum damnum intulit, quippe qui variis ex causis commode, & prouide officium gesserit: adhuc opinor mortale crimē contraxisse eū, qui indignū preposuit. capit. hi quoscunq. 1. q. 1. quia præficiens indignum, ecclesiam, reipublicam, pupillorum bona, & patrimonium maximo exponit periculo. quo fit vt ex sola indigni prælatione grauiter peccet qui eū scienter eligit: cum iniustissime hoc eligendi munus, quod iuxta rectam rationē expedire tenetur, aduersus diuinam, naturalem, & humanam legem exerceat.

His demū optimè accedit ea disputatio: an teneatur quis digniorem eligere, & præficere vel ecclesie, vel publicis muneribus? Et quibusdā visū est, satis esse quod dignus eligatur, aut præficiatur: etenim hoc ita verum esse dicitur text. in cap. monasterium. 16. quæstio. 7. & in capit. cum nobis. de electio. quibus autoritatibus hoc asseuerant gloss. in cap. constitutis. de appellat. verb. magis. & in cap. licet ergo. 8. quæstione. 1. alia in capit. 3. de iure patro. & in capit. 2. de offic. custod. quas Doctor. vbiq. veras esse censent. Sed hoc in hunc sensum accipiendum est, vt collatio beneficii, electio, & muneris prælatio valida sit, nec in foro iudiciali, nec in interiori anime iudicio possit iure rescindi, non tamē

ex hoc sequitur præficiendū dignū omisso digniori tutum esse, & immunem à peccato. Nec enim dubitandum est, electionē istam iure validam esse, adeo, vt retractari nequeat: siquidē præter alios ita profitentur Diuus Thom. 2. 2. quæst. 63. articulo. secundo. ad tertiū idem quodlib. 8. articulo. 6. & quodlib. 6. articulo. 9. Syluest. verb. electio. in 1. q. 16. Adrian. in di. capi. quia iam determinatum est. conclus. 1. omnium latissimè Lamberti. de iure patronat. 2. libr. parte. 1. quæstione. 10. articulo. 3. probat text. in di. capi. constitutis. vbi post Abb. & alios Philip. Franc. hanc opinionē tenet. ad idem tex. optimus in ca. quia propter. iuncto. cap. cum incūctis. de elect. ca. nisi cum pridē. §. ne pro defectu. de renunciat. atque hæc est cōmunis opinio, quæ tamen fallit, vbi ante electionem, quæ de certis faciendā est, denuntiat electoribus, vt digniorem ligant: & à contraria electione, si facta fuerit, ab initio appellatio proposita fuerit Nam in hoc casu electionem factam contra appellationem, nullam esse, & reuocandam probare conantur Panormitanus & Detius, in di. capi. constitutis. glossa. in pragmat. Sanct. titulo. de electionibus. §. ego. N. verbo. vtiliorem. & Lamberti. in di. articulo. tertio. contra Imol. & Franc. in di. capi. constitutis. q. & in hoc casu existimāt electionē validam esse, nec reuocari posse etiam



Secundæ partis relect.

etiã si facta fuerit omisso digniori, digno quidem electo. eorum sententiam in praxi admittendam fore cenſeo aduerſus Panormit. alioqui omnes electiones maximum discrimen, & periculũ patietur: eritq; locus mille litibus, si permissum fuerit electiones reuocari ea ex causa quod dignior electus non sit. Hoc verò permittendum nõ est, nec permitti Christianę rei publicę conuenit, modò dignus eligatur.

Hinc constat intellectus ad tex. in cap. 3. de iure patronat. vbi Bernard. quem Doctores sequuntur, cęset, presentatum à maiori patronorum parte, si idoneus, & dignus sit, ab episcopo instituendum esse omnino, etiam si presentatus à minori patronorum parte dignior sit. idem adnotarunt Imol. & Card. in Cle. plures. 4. col. & 5. fi. q. 1. de iure patronat. Panormit. in ca. cum autem. de iure patronat. Nec in hoc casu potest episcopus digniorem instituere: cū is vere presentatus non sit: sed potius alter qui maiorem patronorum partem, eiusq; suffragia habuerit. quod & iuniores fatentur statim à me nuncupatim citandi. At si plures fuerint episcopo presentati ab vno eodemq; patrono, vel æquali patronorũ suffragio, tenetur episcopus, etiam in foro iudiciali, digniorem instituere, alioqui ab eo poterit dignior appellare, & eo appellante institutio reuocabitur, secun-

dum Abb. in dict. cap. cum autem. Rochum Curti. in tract. iuris patro. verb. honorificum. q. 13. Imo. & Card. in dict. Cle. plures. 4. col. in princi. quibus suffragatur text. in ca. si forte. 63. distinct. qui tamẽ in eo sensu accipiendus est, vt episcopus teneatur secundum reſtitutionis tramitem, digniorem ecclesię præficere: alioqui male vtatur episcopi officio. Sed si idoneũ cõtempo digniori elegerit ad sacerdotium, nõ sequitur inde eam electionem, aut institutionem reuocandam fore: qua ratione contraria sententia placuit Hosti. Ioa. Andr. Anto. & Card. in dict. cap. cum autem. Philip. Franco in dic. cap. constitutis. post. gl. 3. Deti. in cõs. 129. col. 15. Cęsari Lambert. de iure patro. 2. lib. part. 2. q. 7. art. 26. & 3. part. q. 5. art. 2. quorum sententia mihi, ni fallor, magis communis est, atque ita Deti. in dict. cõs. 129. col. 1. expressim profitetur.

Igitur iura humana maiorem ad tranquillitatem reipublicę, ne tot lites super his prælationibus tractarentur, statuerunt electionem, collationem, & institutionem sacerdotiorũ validas esse, nec debere in discrimen reuocationis adduci ob eã causam quod dignior fuerit prætermisſus electo digno. Etenim si locus esset contrarię opinionis, & electiones istę hac ratione possent reuocari, nulla in ecclesiastica reipublica electio fiet, quę litibus, & controuersis maximẽ

xime perniciosis nõ vexetur. is vero qui dignum elegerit, eivẽ sacerdotium, aut munus publicum cõtulerit prætermisſo digniori, plane peccatum committit, & perpẽsa qualitate mortale quidẽ: quippe qui teneatur digniorem præficere: sicuti cõmuni omnium cõsensu extat adnotatum in dict. c. constitutis vbi Panorm. & Rochus de iure patro. verb. honorificũ. q. 15. Ludo. Gomęci. in. c. 2. de cõsti. in. 6. num. 22. probat tex. in. d. c. licet ergo. & tradidere eleganter Thomas. 2. 2. q. 63. art. 1. & q. 185. ar. 3. & quodlib. supra citatis. Caiet. in commentariis ad Thom. Flor. 2. par. tit. 1. c. 20. §. 1. Ioann. Maior. in in. 4. sentẽ. dist. 24. q. 8. & 9. Adria. in dict. cap. quia iam determinatũ est. conclusio. 1. Sylueſt. d. q. 16. Ioa. Lupi. in dict. §. 26. num. 12. Caiet. in Summa. verb. acceptio. & in iętaculo. 12. q. 4. Cęsar Lambert. de iure patro. dict. q. 10. art. 3. rursus Caiet. in. 2. 2. q. 62. art. 2. Hęc opinio instruitur fortius. Nam vel hęc publica munera cõferuntur vt onera reipublicę, quę priuati ad eius ministerium subire tenentur, vel vt bona, & honores ipsius cõmunitatis: quę inter priuatos eidẽ subditos cõmunitati distribuenda sunt. priori quidẽ casu peccat rector cõmunitatis, quia nõ seruat in ipsius regimine illam iustitię, & reſtitutionis rationem, quã vti debet erga ipsam reipublicam. tenetur enim digniorẽ muneribus publicis præ-

ficere. tex. in dict. c. licet ergo. c. v. nico. vt eccle. benef. ca. vilissimus 1. q. 1. Diuus Augustinus super illud Iacobi. 2. fratres mei nolite habere in acceptionem personarũ fidẽ Iesu Christi: inquit. Quis ferat eligi diuitẽ ad sedem honoris ecclesiasticę glorię cõtempo paupere instructiore, & sanctiore: posteriori autẽ casu peccat princeps cõmunitatis aduerſus iustitiã distributiã iuxta quã tenetur reipublicę honores, & bona subditis distribuere, & impertiri secundũ cuiuscũq; dignitatem, vt dignior digno, melior bono in his adsequendis preferatur. inquit sanẽ Aristot. libr. 5. ethi. cap. 3. ius enim, quod est in distributionibus, pro dignitate quadam esse oportere omnes fatetur: dignitatẽ autẽ non esse eandẽ omnes asserunt. Hactenus Aristoteles. quibus tandẽ hæc sententiã satis firmis rationibus, & autoritatibus probata manet.

Dignior vero in hac quidẽ disputatione non simpliciter dicitur ille, qui doctior sit, vel qui sanctior: sed is, qui iuxta munus, & re, cui præficiendus est, aptior eius ministerio apparet: siquidem quãdoque qui sanctus vir, vir. & bonus est: ac præterea diligentior ad curã, præferendus est viro sanctiori, qui nõ ita diligens est: eaq; ratione non ita aptus sicuti prior administrationi eius muneris, cui est præficiendus. quod Diuus Tho. ac ceteri passim adnotarunt. idẽq; obser-



Secundæ partis Relectionis.

uandū erit circa doctrinā, & eruditionē: nam frequentissimè qui doctior est, nō ita cōuenit muneri publico, sicuti alter qui doctus est & doctrinā habet satis sufficientē ad munus, quod ei confertur. quæ vero exigatur, vt quis sufficiens sit administrationi dignitatum ecclesiasticarum, & sacerdotiorū tradit tex. & ibi Doct. in. c. cū in cūctis. de elect. gl. in. c. pen. de præbend. omniū latissimè Cæsar Lāber. de iure patro. 2. lib. 1. part. 10. q.

Ex his autē, quæ modo explicuimus, satis euidenter constat: dignum, & idoneum, cui munus publicum collatum fuerit prætermisso digniori, non tantum in foro iudiciali, sed & conscientie iudicio tutum esse, ac posse iustissime & sine peccato munus id possidere: tametsi qui eum præfecerit sacerdotio, peccauerit etiam mortaliter: quemadmodum censent Scotus. & Ricard. in. 4. distin. 15. & Ioan. Maior ibi. q. 8. & 9. Caiet. in. 2. 2. q. 185. art. 3.

Secundò probatur ex præmissis electionem factā prætermisso digniori, si dignus electus fuerit, validam esse, nec reuocari posse, etiam si electores iuramentum de digniori eligēdo præstiterint, hoc etenim iuramentū pertinet ad periurii crimē, si electores existimantes quendam ex candidatis dignitatem postulantibus, aut qui ad eam eligi poterāt, digniorem esse, eo prætermisso, alterū etiam dignū

elegerint: nō tamen ob id electio nulla est, nec debet reuocari: quod expressim voluit Chosmas in pragmat. Sanct. tit. de electionibus. §. ego. N. verb. vtiliorem. & inibi Philippus Probus in additiōibus nu. 6. Ioan. de Selua. 3. part. de beneficio. q. 27.

Tertiò planè ex prædictis deducitur, episcopum, qui iure pontificio tenetur clericū præsentatum à patrono ad beneficium ecclesiasticū instituere, modo is dignus, & idoneus sit: sicuti satis expressum est sub rubrica de iure patro. minime peccare, nec crimen aliquod etiam quo ad animæ iudiciū contrahere, si dignum à patrono præsentatum instituerit, prætermisso digniori, quem patronus non præsentauerit: potuisset tamē ad institutionē episcopo exhibere, & instituendum offerre. cū episcopus idoneum, & dignum à patrono nominatum secundum canonicas sanctiones non potuerit non instituere: ideoque nullam cōtrahit culpam: ita sane in specie adnotarunt Caiet. in Summa verb. beneficiū ecclesiasticum. & Ioan. Maior. in. 4. senten. dict. q. 8. & 9.

Quartò eadē ratione, quam paulo ante prænotauimus, examinandū est quod Cæsar Lābertinus in tract. de iure patro. lib. 2. 1. par. q. 10. arti. 3. nu. 17. scribit. existimans, patronum non obligari, nec teneri ad præsentandum digniorem: sed satis esse si dignū præsentet, vt li-

ber

§. Septimus.

50

ber sit ab omni culpa. tex. optim⁹ in. c. monasterium. 16. q. 7. qui probat, patronū posse nominare quē voluerit, modò is malus nō sit, & nominato deberi ab episcopo institutionem. Etenim hæc opinio apud me falsa est. Nam licet præsentatio patroni, quoties dignus ab eo nominatur, valeat, sitque ab episcopo admittenda: non ex hoc sequitur, patronū nō præsentantē digniorē, immunē esse à culpa peccati in animæ iudicio cōtrahēda: siquidē tenetur patronus, cui pōtitiuæ cōstitutiones ius hoc dedere, inquirere diligenter, qui sint ad sacerdotia digniores, & eos episcopis exhibere, vt ipsis beneficia iuris patronatus conferantur: secundum Frederi. consil. 95. non obstat textus in dicto. capit. monasterium. nam is eū sensum habet vt sufficiat à patrono præsentari, & nominari dignū prætermisso digniori, ad effectū validæ nominationis: nō tamē ad excusandū à peccato ipsum patronum, qui digniorē potuit nominare, vel sat erit dignū ab eo nominari: cum dignior non reperiatur præmissa mediocri, ac diligenti nominandi inquisitione.

Quintò hinc aperitur, quo nam modò sit intelligēdū quod Ioan. Maior in. d. q. 9. vers. quinto. asseruerat scribēs, ecclesia ab aliquo cōstructa: dotēque cōgrua eius ministris constituta cū ea lege, & cōditione, vt ad ecclesie ministeriū ele-

ctio, nominatio, & præsentatio fiat ex certo genere personarū: vel ex instituētis familia: semper digniorē à patrono nominandū fore, vt eum episcopus instituat: & clausulā à primo institutore additā tunc obseruandam esse: cū plures sint dignitate æquales: quo quidē casu locus erit gratiæ, & liberæ nominationi. Nam si Ioan. Maior sensit digniorē eligēdum esse ex genere personarū à primo institutore ecclesie speciatim nominato: eius sententia vera quidē est: atque ita patronus sub mortalis culpæ reatu inspecta materia subiecta tenebitur digniorē ex illis episcopo exhibere: hoc enim & Fredericus in dicto. consil. 95. probat. quod si Ioannes Maior voluit, digniorem esse à patrono episcopo nominandum & exhibendum, etiam si is non sit ex illis, quos primus ecclesie conditor nominari, & ecclesie præfici mandauerit: eius opinio admittēda non est. potuit sane qui ecclesiam instituit iuste legem hanc institutioni addere: idcirco ea seruāda erit: modò satis dignus possit ex eo personarū genere ecclesie præfici.

Sexto illud non est in hac disputatione prætermittendum, cum eius causa hæc tradiderimus, an eligens dignum prætermisso digniori, teneatur ad restitutionem, & damni satisfactionem ipsi quidem digniori faciendam: & quibusdā visum est in hac specie, præferentem dignum digniori teneri ad

G ii restitu



Secundæ partis relect.

restitutionem eidem prætermisso faciendam. Huius sententiæ auctores sunt Palud. in. 4. senten. dist. 15. quæst. 2. artic. secundo: & Caiet. secunda secūdæ. q. 62. art. 2. ver. ad confirmationē. Probatur aliquot rationibus horum auctorum opinio. Primò: tenetur episcopus hoc sacerdotium dare Titio digniori: ergo non satisfacit huic obligationi, nisi id, vel æquiuale dederit. consequens patet: antecedens verò satis constat ex his, quæ iam prænotauimus. Secūdò hoc ipsum ostenditur. episcopus tenetur ex iustitia distributiuâ facere quod commune bonum, id est ecclesiastica dignitas, aut beneficium sit propriū Titii dignioris: quod notissimū est: ergo tenetur ad hoc vel æquale: & sic ad restitutionem. Etenim si ego teneor facere, quod equus detur Titio: nec id faciam nulla causa iusta impeditus: teneor profectò id in quod Titium interfit equum illū habuisse. Præterea qui obligatur ex bonis cōmunitatis mihi dare cētū: nec det cū ea dare possit, planè infert mihi damnum in centum: & per hoc iustitia cōmutatiua violatur: siquidem supposita distributionis lege, ex qua centum mihi debentur, qui hæc mihi cū possit, & teneatur, non dederit, iustitiæ cōmutatiuæ refragatur: autore Thoma. 2. 2. quæstione. 62. art. primo ad. 3. igitur ad restitutionem tenetur ratione violatæ iustitiæ cōmutatiuæ: sicuti o-

mnes fatentur. deinde paria sunt ab aliquo auferre quod suū est, & eidē nō dare quod ei debetur, sed qui digniori non dederit munus, & res cōmunitatis, quæ ei debentur, negat rem debitam ei soluere: ergo tenetur ad restitutionē ac si ab eo abstulisset quod eius proprium erat. eandē deniq; opinionem tenet idem Caiet. in summa: verbo, *Acceptio*. cui accedit quod scribunt Thomas. 2. 2. q. 62. artic. 2. ad quartū: & Syluest. verbo, *restitutio*. 3. q. vlti. qui censent, quòd impediens nē detur beneficiū digniori, teneatur illi ad restitutionē: quo fit, vt & ad eandem teneatur qui potuit, & tenebatur dare, & non dedit. Atque ita Diuus Thomas hanc Caietani sententiam probare videtur præsertim in dic. art. 1. ad. 3. cuius hæc sunt verba: Ad tertium dicendum, quòd recompensatio, quam facit distribuēs ei, cui dedit minus quàm debuit, fit per cōparationem rei ad rem: vt si quanto minus habuit, quàm debuit, tãto plus ei detur: Et ideo iam pertinet ad iustitiam cōmutatiuam. hætenus Thomas.

Verum Adria. in. 4. senten. tract. de restitutione, in cap. quia iam de terminatum est. contrariam sententiam proponit, cōstanter asseuerans in hac specie prælatū nō teneri ad restitutionē: cuius opinio dubio procul benignior est, & fortassis verior: ad cuius probationē vtar duabus rationibus, quibus ferè adductis

adductis in contrarium respondetur. Enimvero si in hoc casu restitutionis obligatio constituitur non alia contingit ratione quàm quòd digniori damnum illatum fuerit in re sibi debita: sed id obtinet quando damnum alicui fit in re propria, vel ei debita vt propria: non autem in ei debita vt cōmuni. Nam res debita vt communis, nō est propriè nec vere debita præsertim cū debetur ad vtilitatē cōmunitatis quemadmodū contingit in sacerdotiis, & publicis muneribus. Alio enim modo, inquit Thomas secūda secūdæ. q. 16. art. 1. ad quintū, debetur alicui id, quod est cōmune: alio modò id, quod est propriū. deinde princeps, aut prælatus cōferens digno, prætermisso digniori, publicum munus, quod ei debitam erat, solū peccat respectu dignioris aduersus iustitiā distributiua: qui psequi acceptor sit personarū, non concedens digniori ex bonis cōmunitatis id, quod iuxta eius dignitatem potius quam digno debitum erat. At obligatio restituendi non procedit à iustitia distributiua: sed à cōmutatiua, quod diuus Thomas asserit in. 2. 2. quæst. 62. artic. 1. in corpore quæstionis. igitur non tenetur reipublicæ administrator qui dignum prætulit digniori ad restitutionē. non infior Diuū Tho. in. dict. art. primo ad quintū, aliū sensum habere qui Caietani opinionem minimè ma-

probet: vt sanè constituat Thom. discrimen inter debitum vt commune: & debitum, vt propriū. debitū priori modo nō debetur iuxta quantitatem rei acceptæ, & occupatæ, sed iuxta eam partē quā quis perpessa eius dignitate habere debet ex cōmunibus bonis. debitū posteriori modo, solū debetur in respectu rei, quæ ablata fuerit ab altero, vel in qua damnum ei datum fuerit. Pro Adriani sententia respondetur ad illud quod de impedite tradidimus, secūdū ea, quæ statim explicabuntur. Ad verba diui Thomæ in responsione. ad. 3. difficilis est responsio: & tamē quoties præcipue agitur de bonis cōmunitatis distribuēdis in eos, qui cōmunitati subsunt, & eius partes sūt iuxta cuiusq; dignitatē, & proportionē: tunc fortasse iam ad iustitiā cōmutatiuā pertinet, si detur alicui minus quàm ei debitū sit idcirco locus erit obligationi restituēdi: ac poterit admitti Caiet. opinio. quod & ipse explicat. 2. 2. dict. q. 62. art. 1. At in præsentiarū nō agitur de bonis cōmunitatis distribuēdis saltē præcipaliter: sed de magistratibus, & muneribus reipublicæ ad eius regimē, & vtilitatē cōferēdis: vbi ex praua munerū collatiōe præcipue reipublicæ laedit: eiq; damnum infert: quod nequaquā cōtingit vbi digno magistratus cōfertur: atq; ideo obligatio restituēdis nulla in hac specie dari potest. vnde diui Thomæ

sententiam in priori casu intelligenda fore opinor: maximè quia constat inter hæc duo maximū discrimen. priori enim casu, si apud principem superiore querela foret proposita inferioris distribuētis: profectò distributio reuocaretur lege iustitiæ: nõ sic in posteriori casu: si cuti à nobis paulò antè traditū est fit tandè vt in re adeò cõtrouersa, & dubia, potior appareat Adr. opinio: quæ praxi cõuenientior est.

Septimò hæc in parte sese offert excutienda quedã Io. Lupi sententia: is in quã in rep. c. per veltras. 3. not. §. 26. in prin. eleganter scribit patrem lege regia habentem facultatem meliorandi vnū ex filiis i. 3. & 5. bonorum partibus, debere digniorem ex filiis, & meliorem ad hanc meliorationem eligere: alioqui eum peccare quia licet regia lex patri permittat hanc meliorationem inter filios, est tamen hæc permissio intelligenda iuxta rectitudinem rationis, secundum quam qui ex filiis melior est, cæteris debet in hoc præferri: idem probatur ex his, quæ modò scripsimus, existimantes & definiētes; electores, qui digniorem prætermiserint, digno etiam electo, peccare: & profectò grauius attenta rei, & negotii qualitate, ad idem ipse Ioann. Lupi citat textus in l. foemina. C. de secund. nup. quæ statuit, foeminam secundò nuptam debere quæ lucro à priori coniugio habuit filiis eiusdem matrimonii reliquente mortis te-

pore: ita tamen vt possit eadem lucra conferre cuilibet ex filiis, in quem cõtemplatione meritorum liberalitatis suæ iudicium mater crediderit dirigendum. Cuius equidem legis auctoritate propria iustruit opinionem ipse Ioannes Lupi. quo non citato ex dict. l. foemine. idem conatur persuadere Ludo. Gomeci. in capit. secundo de constit. in sexto: num. 23. eam verò non posse iure probari crediderim: quod palam erit, si rem istam vrgenti argumentatione perstringamus. primū etenim illud constitutissimum sit, meliorationem factam à patre filio malis moribus prædito, atque omnium filiorum indignissimo, iure regio validam esse, nec irritam censeri, nec reuocari posse. Hoc sanè, ni fallor, adeò certū est, vt opinari nemine id negari potuisse: modò is filius talis sit, qui per leges capere possit: cum habeat patris voluntatem cum meliorantis lege permittente. Secundo adnotandum est in hac quæstione tractari de iniuria, & iniustitia particulari patris erga filium: cæteris digniorem super ipso patrimonio, & rebus patris distribuendis: quod satis manifestum est. Nunc autem aduersus Ioann. Lupi ita arguentor. Pater meliorans filium siue dignum siue indignum, qui tamen capere potest, digniori prætermisso, vel iniustus est, aut peccat contra iustitiam commutatiuam, aut contra distributiua-

etenim de alia hic non tractamus nulla vero harum per patrem violatur: ergo is nullam ex hac melioratione culpam contrahit, consequens istud patet. Antecedens probatur. iustitia etenim commutativa tunc infringitur, cum ab aliquo aufertur, aut ei nõ redditur quod suū est, vel ei necessario debetur vt proprium, & priuatum, ac particulare bonum: ex his, quæ docet Thomas dict. quæstione. 61. artic. primo. & 62. articul. primo. post Aristotelem libro, quinto ethico. capit. secundo. impresentiarum autem hæc bona, quæ per meliorationem pater in filium transfert, nec sunt propria dignioris, nec ei vt propria debentur necessario. Nam si ei forent necessario debita, non permetteret lex alterum ea possidētem ex melioratione, iuste ipsa obtinere, quin melioratione reuocata eadem ab ipso tolleret, & digniori concederet. quod quidem regia lex permittit, dum hanc meliorationem nec reuocat, nec censet melioratum filium inique possidere: imò statuit, eam iustum esse, vt vere est, bonorum possessorem: quemadmodum omnes fatentur. Nec in animæ iudicio posset cogi filius melioratus hæc bona digniori fratri restituere: qui cogendus esset dubio procul, si melioratio facta foret aduersus iustitiam commutatiuam. dicestandè hoc verum esse: sed tamen hanc meliorationem cõtrariam esse iu-

stitiæ distributiue secundum quam bona vnius familie communia distribuenda sunt inter eos, qui sunt eiusdem familie auctoritate alicuius priuati iuxta cuiusque dignitatem, & merita, auctore diuo Thomas. 2. quæstio. 61. artic. 1. ad 3. At hæc ratio parū vrget quando quidem Diuus Thom. de bonis alicui familie communibus loquitur: nõ de bonis quæ propria sunt alicuius: licet is habeat certos, & lege sibi necessarios successores. Pater sane dominus est verus, & solus earum rerum, quæ ad eius patrimonium pertinent: & de his libere disponere valeat, modò legibus humanis vtatur, nihilque eis contrarium statuerit de rebus propriis agendum: ideo aduersus iustitiam distributiua non peccat, si lege permittente bona propria alicui ex filiis donauerit, aut testamento reliquerit, digniori prætermisso. Nec dici pater hic potest acceptor personarum, cum de rebus patrimonialibus disponat: quæ quidem rei patrimoniales non debentur quo ad meliorationem filio digniori: ideoque vbi nulla ratio debiti subest, iustitiæ distributiue locus non est: nanque iustitiæ ratio debiti rationem præmittit. Præter hæc & contra Ioann. Lupi sententiam est optimus textus in l. decimo octaua Tauri. quæ permittit parentibus beneficium hoc meliorationis in quolibet ex filiis, aut nepotibus. quo fit, vt li-



Secundæ partis Relectionis.

berum eisdem parentibus sit indignum digno præferre: quod adnotavit glo. elegans in l. ex facto. §. si quis rogatus. in. 2. ff. ad Trebe. Nam & Diuus Tho. 2. 2. q. 63. ar. 1. ad. 1. itidem addit, in datione pertinenti ad liberalitatem, nullam contingere personarum acceptionem nec iustitiam aliquam infringi. Hoc vero maxime huic rei conuenit: cum in hac melioratione tertie, & quintæ partium bonorum, pater inter eius liberos omnino liberalis sit. Non diffiteor ad honestatem quandam, & moralem obligationem pertinere, quod pater digniorem filiū cæteris præferat in remuneratione, & præmiū virtutis: atq; ut cæteri filii familias hoc exemplo ad bene recteque uiuendum inuitentur, & alliciantur: hucq; pertinet quod Imperator scripsit in d. l. foemina. cuius ratio non est iure authenticorum abrogata. Hæc tamen moralis obligatio non imponit transgressori culpam: siquidem culpæ reatus ad legalem obligationem attinet, secū dum Thomam. 1. 2. q. 71. ar. vltim. quam obrem & in foro iudiciali quamuis hodie seruanda foret. l. foemine. constitutio, nihilominus præferre posset mater filiū dignū digniori in distribuendis lucris prioris matrimonii. quod censeo iure verissimum esse.

Octauo ex proximè adnotatis illi quæst. disputatio aliqua ex parte deducitur: an impediens ne de-

tur beneficium ecclesiasticū, aliud uè publicū munus, digniori, vel digno, teneatur ad restitutionem? & idem erit de impediente legato, hæredis uè institutionem. Adrian. equidem in quarto sententia tract. de restitutio. capi. consequenter quæritur impediens. asserit, impediens ne alteri digniori sacerdotium, aut munus publicū detur, non teneri ad restitutionem. idq; probat etiam si dolo, & fraude impederit, ex rationibus, quibus præcedentis quæstionis responsionem probauit de episcopo preferente dignū digniori in collatione sacerdotiorū: addit tamen contrariam sententiam esse tutiorē iuxta Diui Thomæ distinctionem. ego sanè propter variam auctorū concertationem quæstionē istam aliquot propositis cōclusionibus absoluiam.

Prima cōclusio. impediens ut quicquid & quomodocūq; ne beneficiū detur alicui, etiam digno, ut id detur digniori, nō teneri ad restitutionem. hanc deducimus ex Diuo Tho. 2. 2. q. 62. ar. 2. ad. 4. & Palu. 1. 4. sent. dist. 15. q. 2. art. 2. ac Sylu. verb. restitut. 3. q. vlt. & probatur: quia impediens in hoc casu minimè violat iustitiam distributiua: imò curat, ut ea custodiatur: atq; idè nulla est ratio, quæ inducat restituendi obligationem.

Secūda cōclu. Impediens beneficii aut publici muneris collationē, ne ea fiat digno ut detur & fiat æque digno,

§. Septimus.

digno, non tenet ad restitutionem. Hæc probatur ex eo quod nec hic iustitiæ distributiue ius infringit. vnde sententiam istam tenuerunt Caiet. dict. art. 2. vers. ad primum. Paluda. in. 4. sent. dist. 15. q. 2. artic. 2. & Syluest. verbo. restitutio. 3. §. vltimo. huic opinioni & ea ratio accedit, quod licite quis possit procurare, ut sibi vel amico beneficium detur, aut aliud munus publicū, lege. prima. §. deniq; ff. de aqua pluuiæ arcend. eandem sententiam absq; vlla distinctione Caiet. asseuerat, veram esse: dū diui Thomæ distinctionem intelligit in impediens digniorem: non de eo, qui æque digno impedimentum præstat: quasi Caieta. velit secundam hanc conclusionem procedere, etiam si ex odio, vel vindicta, & malicia impedimentum præstitum fuerit: idemq; præmittunt Paluda. & Syluest. siquidē ad obligationē restituendi parū momentū affert odiū: cum animus odio affectus nō sit causa restitutionis, ut explicat eleganter Adrianus in dict. cap. consequenter quæro utrū impediens. Fortassis tamen in specie huius secundæ cōclusionis locus erit obligationi restituendi, si impedimentū contigerit per vim, fraudē, aut dolum: hæc etenim reddūt conferentē publica munera inuolūtariū, vnde mutatio voluntatis ipsius conferentis in hunc sane modū dolo, fraude, vel vi coacta, nisi fallor, obligat mutā-

te ad restitutionem faciendam, etiam si is mutationē istā fieri curauerit in fauorē æque digni: propterea quod iniuriosa sit, ac per iniuriam alteri damnū intulerit.

Tertia conclusio à præcedenti colligitur. impediens dolo, fraude, vel vi quod beneficiū detur digniori, ut id digno conferatur, teneri ad restitutionem eo modo, quo diuus Thomas distinguit: & sequenti assertionē probabitur. Imo si quis absq; vi, dolo, et fraude impederit beneficii collationē digniori fieri: nepe precibus, & sollicitudine aduersus tamē, & sciēs ex his digniorem impediti, tenebitur ad restitutionem. quia legem infringit iustitiæ distributiue, & præterea damnū alteri aduersus commutatiuam iustitiam infert in re prope iam ei quæsitā. quod probatur ex ratione, qua in hac quæstione vtuntur Thomas & alii.

Quarta cōclusio. impediens ne detur beneficiū digno, vel digniori, etiā sine dolo, vi, & fraude, precibus tantū, aduertens tamen id impedimentū ab eo præstari, ut in digno, & immerito detur, teneri ad restitutionem ipsi digno, vel digniori faciendā in quo omnes cōueniūt. Hæc vero restitutionis obligatio nō semper est ad æquale præcise: sed arbitrio boni viri, quod damnum æstimabit ex variis circumstantiis distinguēs negotiū istud. cū nō ita æquale damnū hic fuerit illatū ab eo, qui impedit sacerdoti collationem



tionem digniori, dignoue fieri eo tempore, quo eadem nondū erat facta: ac si impediēt collationē iam factam, eius reuocationē precibus, & sollicitudine procurans, secundum Thom. & Caiet. dict. q. 62. art. 2. ad. 4. Syluestr. Adria. & Palud. modo citatos, ac Florent. 2. part. tit. 2. cap. 1. §. 26.

Quinta conclusio. Impediens alterum à cōsequutione legati, hereditatis, vel gratuitæ donationis: dolo, vi vel fraude tenetur ad restitutionem arbitrio boni viri. à qua quidē obligatiōe immunis est, si absq; vi, dolo, & fraude, etiā odio, vel vt sibi cōsulat, ac prospiciat aliterum ad mutationē volūtatis in duxerit. prior conclusionis pars probatur: quia impediens eo casu damnū per iniuriā infert alteri in referē iā ei quæsitā: idcirco ex ratione iustitiæ cōmutatiuæ tenebitur ad restitutionē. posterior pars probatur ex eo quod libere, & licite potest qs in his gratuitis propriam volūtātē mutare ante eius perfectionem: ergo poterit quis seclusa fraude id eidē persuadere: quāuis peccet si odio hoc fecerit, aut vindicta. & licet Paluda. in dicto. art. 2. Caieta. dict. q. 62. artic. 2. ac Syluestr. q. vlti. tenuerint, quod impediens quem à consequendis his gratuitis bonis, quæ sola, & libera dantis voluntate acquiruntur, non teneatur ad restitutionē. eorum tamen sententiam ipse admitterem: nisi dolo, vi aut fraude

donantem quis ad mutationē volūtatis iuduxerit. tametsi Syluestr. nimis generaliter hanc conclusiōnē accipiat, sentiens in his gratuitis etiā suggestiōnē nō esse causam restitutionis. Nā si suggestio fiat absq; dolo, id verū erit: quod fidolo facta fuerit, eius opinio apud medubia est satis. Nec hic de legibus ciuilibus in tractatu prohibentium liberam testandi voluntatem statutis, quidquā agitur: cum illæ præter illati damni restitutionem pœnales sint.

Ex. §. sequenti.

- 1 Venatio an possit per principem, aut iudicē inferiorem in locis publicis, prohiberi?
- 2 Venatores acquirūt animalia, quæ nullius propria sunt, etiā si venatio fuerit iusta ex causa prohibita.
- 3 Clericus venator contra Canonis prohibitiōnē, acquirat animalia, quæ venatus fuerit.
- 4 Capta per venationē à iudice prohibita non sunt in animæ iudicio restituenda.
- 5 Venator ingrediēs fundū dño prohibētē: an acquirat sibi feras, quas acceperit. & nu. 9.
- 6 Intellectus Regia. l. 16. tit. 28. part. 3.
- 7 Simonia qualiter impediāt acquisitionē beneficii ecclesiastici, quod simoniace collatum sit?
- 8 Collatio beneficii facta simoniace ignorantī, an teneat ipso iure.
- 9 Quid de eo, qui à Romano Pontifice habuit beneficium per simoniam cum ipsomet Papa conuentam?
- 10 Intellect. l. si quisquam. ff. de diuers. & tempor. præscript.
- 11 Prohibētēs venationē, & Venatores, tenentur restituere damnū illatū alienis agris.

- 12 Piscatura, & Venationis interesse etiam dari potest.
- 13 Fera ab vno percussa, & ab alio capta, cuius efficiatur?
- 14 Venator tenetur restituere in animæ iudicio animalia per venationem capta, quæ propria erant alterius.
- 15 Interpretatio. l. 3. §. item feras. ff. de acquir. ren. poss.

Ex. §. Octauo.



Ecimoquartò ab eadem radice procedit restitutionis obligatio, quæ inquiri solet in his, quæ per venationem, aut piscationem à priuatis acquiruntur: præsertim in locis vbi venatio, aut piscatio vetita est. Cuius questionis examen & illā exigat, an iustè possit venatio per principes prohiberi. Et quibusdam visum est, non posse à principe venationem iustè prohiberi. Qui verò huic opinioni subscripsere, ea ratione mouentur, quòd princeps non possit ea, quæ sunt iuris gentium, & naturalis tollere. §. sed naturalia quidem. Inst. de iure natura. gent. & ciuili. tex. in principio. 5. distin. & cap. vlt. disti. sexta. Huius verò iuris naturalis, & gentium propria est venandi libertas: igitur ea per principem tolli nequit. Consequens manifestè patet: minor autem argumentationis pars probatur in. l. prima, & tertia, & in lege

quod in littore. ff. de acquir. rerum. domi. §. feras. Inst. de rerum diuis. l. prima, in principio. ff. de acquir. poss. quibus etiā cōstat, in his, quæ nullius sunt, natura ipsa dominium acquiri per priorem occupationem: cuiusmodi sunt feras, volucres, pisces, & similia his animalia. Idem probatur in lege 16. titulo. 28. Partit. tertia. Etenim summus Deus omnia animalia creauit in hominum vsum, & cibum: Genes. capit. primo. Quod & ex Chrysippo Cicero docuit libro. 3. de finibus. cumq; hæc animalia communia ipsa natura fecerit, planè licet per eandē naturæ legem cuiilibet primò capienti ea sibi acquirere, licuti iuriscōsul-ti adnotarunt: & præter hos lib. 1. de officiis inquit Cicero: similisq; est priuatorum possessionum descriptio. Ex quo quia suum cuiusq; sit eorum, quæ natura fuerant communia, quod cuiq; obtigit, id qsq; teneat. Hæc Cicero. Sic & Aristoteles libro. 1. polit. capit. 5. venationem imer antiquissima vitæ genera retulit. Atq; ita venationē per principes prohiberi nō posse, voluerunt Hosti. Ioan. Andre. Card. & Anto. in capitu. non est. de decimis. Deti. conf. 197. & conf. 271. Matthæ. Afflict. in conf. Neapolit. libro. 3. rub. 1. numero. 9. text. optimus in capitulo. 1. §. nemo retia. de pace tenend. & eius violat. idem tenent Guili. Bened. in ca. Rainuntius. de testam. verb.

& uxorem, nomine Adelasiam: num. 868. cum sequentibus. Andreas Tiraquel. de nobilitate. cap. 37. num. 140. Thomas Grammati. decisione. 67. num. 9. Rebuffus in. 1. vnica. C. de venat. ferar. lib. 11. Stephanus Bertrand. conf. 255. libro primo, numero. 8. Jacobi. à. S. Georgi. in tracta. de feudis. §. & cum venationibus. Chassanx. in consuet. Burg. rub. decimatertia, §. 7. & Iason cōs. 119. libro quarto. quo in loco scribit hanc sententiā cōmunem esse. & licet in contrariū possit induci tex. in dict. §. nemo retia. tamē iuxta quorū dā interpretationem hanc partem probat: dū in eo ne pax violetur prohibita est venatio, quæ nō fiat ad vrsos, & apros capiendos. Nihilominus vtcunq; illa cōstitutio accipiat palam significat, posse ex causis variis à principe venationē prohiberi. sic etenim inibi adnotare videntur Marti. Lauden. & Cardi. Alex. cæteri q; Doct. idē q; tenuerunt Rebuffus, Stepha. Bertrand. Chassanx. Thomas Grammati. Guilielmus Benedic. num. 899. Andreas Tiraq. ac fere oēs paulo ante citati & Boeri. in consuetu. Bituricens. tit. de consuet. prædiorum. §. 5. qui fatentur, ex causa iusta venationem prohiberi posse: quibus ad stipulatur glo. in cap. q. venatoribus. 86. dist. & ibi Card. à Turre Cremat. Caieta. in tracta. 17. quæstionū. ca. 12. Ioan. Medina de restitutione. q. 12. vnde plures

regię cōstitutiones ex variis causis prohibentes in locis publicis venationem iure, & rectitudine iustitię defenduntur. Nam & Ioan. Faber in. §. flumina. Inst. de rerum diuis. licet contendat principibus inferioribus non competere ius prohibendi venationem, id tamē propriū esse principis supremi manifeste fatetur. Nec dubito hanc posteriōrē sententiā itidē frequētiōri doctorū calculo receptā esse: atq; inde colligitur, nō admodū inter se doctores hac in re dissidere. Illud vero prætermittendum nō est, eam rationē, qua contra prohibitionem venationis nostrates vtuntur, incongruā, ac fragile esse, minimē q; aptam huic disputationi. Nam licet iure naturæ omnia sint re ipsa cōmunia, possūt tamē à republica, & principibus, qui eorū, quæ in nullius bonis sunt, dispensationē habent, quæ dā priuatis ita cōcedi, vt in posteriōra ea priuata, nō cōmunia sint. §. singulorū. inst. de rerū diuis. l. i. ff. de acquir. rer. domi. etiā absq; corporali occupatione. quod Caieta. cōcedit in dict. c. 12. ad hanc facit, quod sicut occupatio rerū, quæ nullius sunt priuatim, iure naturali efficit illud, quod prius commune erat propriū ipsius occupātis. l. i. ff. de acquir. poss. cuius modo mentionē fecimus, ita ipsa res publica, ei⁹ue rector poterit, quæ cōmunia prius erāt, nulliusq; in bonis habebantur, in priuatū iure dñi trāsferre.

re. Iure siquidem naturali omnia fuere ab initio cōmunia, & tamē humana lege facta est rerū distinctio inter priuatos: post quam distinctiōne non licet cuiquā occupare distinctā rem, & alicui priuatū lege humana addictam: sicut eleganter tradit Conrad. in libro de cōtractib. q. 10. & sequētibus.

His accedit quòd humana lex, vel princeps facere potest, vt dominiū rei priuatæ, quæ dominum habet, absq; traditione trāsferatur in alterū ipsius domini cōsensu, qui exigitur ad tollendam iniuriā. l. vlt. C. de sacros. eccle. l. raptores. c. de epis. & cleri. notatur in. l. traditionibus. C. de pact. ergo earū rerum, quæ nullius sunt, & principis dispensationi subiacent, poterit princeps dominium absq; apprehensione corporali in priuatū transferre. Hinc etiam constat, principem posse harum rerum, quæ cōmunes sunt, ex causa occupationem priuatis interdicere: & sic venationem ipsam prohibere. Ad rationem autem respōdetur, feras, volucres, & cætera animalia iure naturæ non esse communia positiuè, & affirmatiuè, quia omnium propria sint communis domini causa: Sed negatiuè, quia nullius sint: & iure naturæ nulli sint applicata, secundum Thom. 1. 2. q. 94. artic. 5 & Caietan. dict. cap. 12. idcirco lex humana potest ea vni potius quàm alteri ex causa concedere. ex quibus in-

fertur, venationem iure naturali omnibus permissā, ex variis causis posse per principes prohiberi: quemadmodum auctores proximè citati fatentur, & præter eas Syluest. verb. venatio. Hæc deniq; collectio, seu argumentatio parum valida est: Hoc est iure naturali permissum: ergo per legem humanam prohiberi non potest. cum multa sint iure naturæ licita, quæ inspecta Reipublicæ utilitate, & iuxta æquissimū cōmunitatis regimē per legē humanam prohiberi possunt. Quòd si ita argumentemur: Hoc est iure nature prohibitū: ergo lege humana permitti non potest. valida omnino est, & firmissima probatio.

Igitur princeps habēs potestate legis cōdēdæ, venationē prohibere ex variis causis poterit: secundū oēs. Inferior autē à principe iurisdictionē habens idē agere poterit ad tēpus aliquod & ex causa iustissima: nō quidē per legem, quam statuere nō valet, sed per edictū. Perpetuò verò nō potest princeps qui superiorem habet prohibere venationem: nisi ius id per immemoriam præscriptionē legitimè adquisierit. quod sentiunt Ioan. Andre. Antoni. & alii, quorum meminimus superius: atque ex Theologis Caiet. in Summa: verbo, venatio. quæ quidem præscriptio cautè est recipienda, & seruanda in iudicio exteriori, item & in conscientie foro: præsertim



Secundæ partis Relectionis.

tim si ea initium à tyrānide habue-
rit. His equidem prænotatis ad
quæstionis propositæ definitio-
nem, duas constituo cōclusiones, 3
ex quibus poterit facillime hæc cō-
trauersa dissolui.

¶ Prima conclusio. prohibita vena-
tione ob venatoris, vel temporis
est que
requiritur
in sicut
miff.
ratione: aut propter aliam causam
publicam, vel priuatam: nō tamē
ex eo quod animalia propria sint
alicuius: ad quæsitum ex ea non est
in conscientia iudicio restituēdū.
Hæc assertio cōstat. quia leges pro-
hibentes venationem in his casi-
bus, non prohibent, nec vetant ad-
quisitionē ipsam ferarū: sed vsū
venationis causa honestatis, vel si-
mili: idcirco nulla oritur à vena-
tione prohibita, obligatio restitu-
endi. Sicut & ad quæsitum ex me-
retricio non est necessario in ani-
mæ iudicio restituendū: licet iure
diuino, & naturali vsus meretri-
cius damnatus sit, & prohibitus.
deinde manifesta est conclusionis
ratio. Nam si qua obligatio resti-
tuendi ad quæsitum per venationē
prohibitam contingere in hac spe-
cie potest, ea deducenda est à cō-
mutatiua iustitia, quæ per venatio-
nem infringatur: at hæc minimē
infringitur, cū nullum damnum
detur alteri: si quidem captæ feræ
nullius sint, nec ex venatione aufe-
ratur alicui quod eius sit propri-
um, vel ei debitū: igitur nulla est
obligatio ad restitutionem.

Primum ex hac cōclusionione de-

ducitur interpretatio earum con-
stitutionum, quæ clericis venatio-
nem interdicit. Nam quamuis su-
apte natura venatio honesta sit, &
utilis: tamen clericis ea est inter-
dicta cap. quorundam. 74. distin.
ca. qui venatoribus. 86. distin. cle.
1. §. porro. de stat. mona. l. 47. tit. 6.
part. 1. cap. 1. & per totum titulum
de cleri. venat. vbi doct. Innoc. &
Abb. in cap. dudum. in. 2. de ele-
ctio. Felin. in cap. auditis. col. pe-
nult. de præscrip. Quidquid vero
captum fuerit à clericis, etiam illi-
cite venantibus, proprium capien-
tium fit, nec in iudicio animæ re-
stituendum erit. idem adnotan-
dum erit quo ad laicos, quibus
etiam est interdicta venatio tem-
pore festo, ne impediatur, & re-
trahantur studio venandi ab offi-
ciis diuinis. glo. & doc. in ca. cfau.
& in dict. ca. qui venatoribus. 86.
disti. etenim si eo tēpore qs vena-
tionē exerceat male qdē agit: sed
nō tenetur ad restitutionē eorū,
quæ per venationem habuerit.

Secundo hinc apparet variarū re-
giarum cōstitutionū intellectus.
sunt enim plures leges huius re-
gni, quæ venationē certis ex cau-
sis prohibent adhuc in locis pu-
blicis, & cōmunibus. lege namq;
regia. 40. tit. vlt. libro. 8. ordi. pro-
hibetur venatio leporū tēpore ni-
uiū: tūc etiā nō licet perdices aucu-
pari. l. 165. apud Madritiū cōdita an-
no. M. quingētesimo vicesimo oec-
tauo. vtrūq; veteri lege interdicitū

erat

§. Octauus.

56

erat Tauri ab Henrico tertio an-
no. M. Quadringētesimo secūdo.
à qua deducta fuit dicta lex. 40.
sic & Regia constitutione inter
pragmaticas sanctiones vetitum
est, ne quis feras venetur cum re-
tibus, aliis instrumentis aptis ad
ferarum depopulationem, vel
hominum periculum. quod po-
tuit adnotari ex dict. §. nemo re-
tia. et. l. qui foueas. ff. ad. l. Aquili.
Platea l. vnica. C. de venat. ferar.
vbi Rebuffus, quem sequuntur alii
præsertim Stephanus Bertrandus
in dict. conf. 255. lib. 1. et Chassanç.
in consuet. Burgund. rub. 13. §. 7.
num. 3. scribit, posse per principes
interdici venationē, quæ fit cū in-
strumento Tonæ, quia eo plures
extinguuntur & capiuntur feræ:
atque inde sequitur animalium
syluestrium & ferarum innu-
mera extinctio, quæ Reipublicæ
incommoda est. lex item vigesi-
ma octaua Pintix statuta anno
Millesimo Quingētesimo Tricesi-
mo septimo prohibetur ne quis
cum sclopo venetur: cum hoc pro-
pter tonitrua arcubusiorum fu-
gentur, & terreantur aues, & fe-
ræ. omnibus etenim his casibus
si quis aduersus legis prohibitio-
nem venetur: licet puniri per iudi-
cem valeat: non tamen tenebitur
ad restitutionem auium, & fera-
rum, quas aucupio, vel venatione
adquisierit, aut coeperit: quod &
in specie adnotauit Ioan. à Medi-
na, dict. q. 12.

Tertio ex hoc falsum esse opinor
quod Ioan. Faber. & Claudi. Can-
tiuncula in dict. §. feræ. Chassanç.
in dict. §. 7. & Iacobinus in trac.
de feudis. §. & cū venationibus,
scripsere asseuerantes, capta per ve-
nationem à iudice prohibitam nō
effici ipsorū capientium. etenim
in hunc sensum, vt per iudicē pos-
sint ea tolli à capientibus in pœ-
nam criminis, plane procedit: at
ex hoc nō sequitur venatores ipsos
eas feras, & animalia per venatio-
nem, propria non fecisse: atq; ideo
in animæ iudicio nō tenentur hi ad
restitutionē, tametsi grauer pec-
cauerint cōtemnendo iudicis præ-
ceptum.

Quarto ab eadem conclusione
fit, vt licet grauis iniuria fiat do-
mino fundi priuati, si venator qs
eū ingrediatur ipso domino pro-
hibete. l. iniuriarū. §. vltimo. ff. de
iniur. l. Diu. ff. de seruit. rust. præ-
dio. §. feræ. vers. plane. Inst. de rer.
diuisio. non tamen ex hoc tenebi-
tur ad restitutionem auium, aut
ferarum venator ipse, qui domi-
no vetante fundum alienum
ingressus fuerit: secundum gloss.
Angel. & Paul. Castren. in dicta
l. diuus. glo. in l. 3. ff. de acquiren.
rer. domi. Bart. in lege prima. §. o-
mnia. ff. eo titul. Dinum in dic. l.
3. Plateam in dict. l. vnica. Feli. in
cap. oēs leges. 1. dist. col. vlt. quo-
rum opinio communis est, vt fa-
tentur Angel. & Cantuncula in
dict.



Secundæ partis relect.

dict. s. Feræ. ac Iacobinus in dict. s. & cum venationibus. horum est potissima ratio: quia etsi lege humana ob iniuriam domini venationem sit, ne quis eius agrum eo inuito ingrediatur: non tamen ex hoc adquisitio ferarum, quæ intra eum agrum in nullius bonis sunt, est impedita. nec per hanc prohibitionem feræ ipsius agri domino applicantur, nec eius propriæ efficiuntur: imo adhuc liberæ manent iure naturali, vt primo occupantis fiant. probatur hoc euidentius, nam si in hac specie feræ ipsius agri priuati, essent propriæ domini fundi, vel id cõtingeret per applicationem legis, vel per occupationem: nullum horum hic datur: igitur ad huc ea animalia cõmunia manent, nec in vllius bonis sunt, iuxta propriam iuris naturalis dispositionem. lex equidem humana prohibens ne quis inuito domino agrum alienum ingrediatur ad venationem exercendam, non impedit animalium, quæ nullius sunt, primo occupantis acquisitionem: nec ea animalia applicat domino fundi: donec & ipse dominus ea occupauerit iure naturali. idcirco venator ad restitutionem non teneatur eorum quidem animalium, quæ à domino fundi non fuere præoccupata. huic sententiæ in foro conscientie subscribit Ioan. à Medina dicta. q. 12. & ita iure respondendum erit tametsi glo. in dict. s. feræ & Alberi. in

dict. l. diuus, teneantur quo ad iudiciale forum in hoc casu feras captas non effici capientis: sed ipsius domini priuati fundi: quæ opinionem probat tex. singularis in l. 16. tit. 28. part. 3. cui tamen respondet Ioan. Medina, eam cõstitutionem pœnalem esse: atq; ideo in animæ iudicio minimè seruandam fore, nec obligare, donec per iudicem exteriorem quis cogatur ad restitutionem lata sententia. Ego sane non puto hanc respõsionem congruam, aut sufficientem fore, si admittamus per legem regiam impeditam esse in hoc casu ferarum acquisitionem: siquidè manifesti iuris est, posse legem humanam ex causa impedire rerum, quæ in nullius bonis sunt, acquisitionem, easq; res alteri applicare, vel communia ipsi cõmunitati dimittere: ac tunc res istas contra legem occupans, nequaquam sibi acquirit. vnde necessario ad restitutionem obligatur. Alioqui sequeretur quod posset quis iuste retinere ea, quæ scit ad ipsum non pertinere: vel quod humana lex ex iusta causa non possit prohibere quarundam rerum acquisitionem. vtrūq; sane falsum est, & ipsi naturali rationi contrarium. Quod de lege pœnali dicitur, eam quidè in animæ iudicio seruandam nõ esse: ita, ni fallor, accipiendum est, vt pœnalis lex, que in pœnam criminis sanxit priuationem domini quarundam rerum, postquam ille

res

res iam adquisitæ priuatis fuerint, & in eorum dominium transferantur: minimè in animæ iudicio recipienda sit in hunc sensum, vt de linquẽs teneatur bona illa dimittere, & fisco reddere, propter rationes, quas alibi huic sententiæ aptauimus, donec per iudicem eadem bona, vt per legis exequutorẽ auferantur. ea vero lex, quæ vel in pœnã, vel ob aliam causam, impedit alicuius rei primã acquisitionem, eiusdemq; domini translationem in eum, qui antea nullũ ius priuatim ad ea habuit, profecto in cõscientie iudicio seruanda est, nec hac lege cõstituta, poterit priuatus eandem re retinere, quippe qui nullũ dominiũ, nec ius in ea habeat lege impediẽte eius acquisitione: quæ quidem lex etsi pœnalis sit nullam requirit hominis exequutionem quo ad pœnam istã, cũ lege ipsa fiat plena & integra exequutio. huc pertinet quod Caiet. scribit. 2. 2. q. 62. articul. 3. existimans, pœnas censuræ, & irregularitatis, hisq; similes, quibus negatiue in pœnam quis efficitur indignus ipso iure, aut incapax alicuius rei, in foro animæ vim, & effectum habere: quia nullam requirunt positiuam actionem iudicis, ad earum exequutionem. huic ego sententiæ mentionem feci in Epitome ad. 4. librum Decret. part. 2. cap. 6. §. 8. num. 16. & cap. 8. §. 5. num. 8. Quo in loco respondi, filiũ spurium, qui à lege humana

eademq; iustissima incapax ipso iure constituitur paternæ hereditatis, non posse parentis bona etiã ex eius cõsensu post ipsius obitũ obtinere in animæ iudicio. Non alia profecto ratione quam quod lex humana constituens, & efficiens aliquem ipso iure incapax alicuius rei, eiusq; acquisitionem impediens, siue id statuerit in pœnã, siue ob aliam causam, in foro conscientie vim, & obligationem habeat.

Ad idem tendit quod si beneficii collatio fiat ei, qui ob pœnam, vel ob aliam causam irregularis sit, ac sacerdotiorum incapax ipso iure, nempe quia illegitimus, nulla est ab initio nec vllum ius tribuit in beneficio: imo tenetur quod beneficium dimittere, & fructus ab eo perceptos in animæ iudicio restituere: quippe qui nullo titulo nec iure beneficium adquisierit, secundum Dinũ in reg. 1. de regul. iur. in. 6. Innocent. in cap. cũ nostris de cõcess. præb. Felin. in ca. 2. col. 3. de rescript. Lamberti. de iure patris. libro. 2. part. 1. q. 9. arti. 4. Milis in repert. verbo. irregularis vt homicida. Paul. Parisi. cõs. 136. nume. 40. lib. 4. & Rebuffum in tract. de pacificis poss. nume. 226. tex. optimus in cap. dudũ. in. 1. de electio. quidquid contrarium voluerit Francus in dict. regul. 1.

Sic qui beneficiũ habuit per simoniam ab eo, vel ab altero eo sciẽte cõmissam, nullũ ius ab initio in

H sacer-



sacerdotio adquisit, ac titulus nullus est ipso iure, & ea ratione tenetur etiã in animæ iudicio beneficiũ dimittere, fructusq; oēs restituere, etiã iam cõsumptos: quod tenet Diuus Thomas. 2. 2. q. 100. ar. 6. ad. 3. & sequuntur eũ cõmuniter Theologi. probatur in ca. de simoniace. & cap. de regularibus. de simo. cap. ordinationes. 1. q. 1. cap. si quis episcopus. eadẽ causa & q. hac de re est apertior Romani Pontificis cõstitutio in extrauag. 2. tit. de simo. inter cõmunes. quẽ uere tunc obtinet quo ad pœnã priuationis ipso iure, et excõmunicationis: cũ datio spiritualis, & tẽporalis iam præcesserit: quasi nõ sufficiat quo ad illius constitutionis pœnas, si moniã cõmissã esse per traditionẽ rei spiritualis, & tẽporalis promissionem: sicuti adnotarunt Cassador. decis. 5. Ludo. Gomeci. in regul. de trienniali. q. 12. & Martinus Azpilcueta in cap. si quando. de rescript. col. 11. Quod si quis beneficiũ habuerit per simoniã ab alio eo ignorante cõmissã: tenet postmodum cũ hoc sciuerit, illud beneficiũ dimittere, fructusq; nõ cõsumptos bona fide reddere ad huc in conscientie foro: autore diuo Thoma, dict. art. 6. ad. 4. & probatur hæc sentẽtia quo ad iudiciale forũ in ca. penult. de electio. cap. nobis. & ea ex insinuatõc. notat ubiq; Panor. sed præsertim in cap. de simoniace. de simonia. nec quo ad hunc ignorantẽ admittẽda est

Pauli Veneti cõstitutio in dict. extrauag. valet etenim collatio ipso iure licet sit rescindẽda ratione iniurã, & illicitã acquisitionis: quẽ admodũ in dictis canonibus expressum est. quod potest quo ad forensẽ proxim nõ parua quandoq; utilitatẽ aducere: quod tradit Ludou. Gomeci. in dict. q. 12.

Cæterũ prædictæ cõstitutionis Pauli Veneti in dic. extrauag. 2. ut hoc obiter adnotemus, meminere præter Cassad. Gomeci. & Marti. in præcitat. locis. Fchin in ca. de cetero. col. ult. de re iudicat. idẽ in ca. in nostra. corol. 2. de rescrip. Rochus Curti. de iure patronat. verb. & utile. q. 3. Ioan. Bernar. in practica criminali. cap. 85. Florët. 3. part. tit. 24. cap. 65. Syluest. verb. excõmunicatio. 7. casu. 42. & verbo. Simonia. q. 19. ex quibus Syluest. & Florëti. existimant totã eã cõstitutionẽ, etiã quo ad excõmunicationẽ, latã in nõ reuelantes crimẽ simoniã, ante Paulũ Venetũ tribuendã Martino quinto in Concilio Cõstantiensi, & in extrauagãti eiusdem cõstitutione. de hac uero sentẽtiã dicere nõ possum, qui eã nõ legerim: at in concilio Cõstantiensi sessione. 43. prior pars extrauagãtis secũde statuta est. nõ pe inibi sancitũ fuit, simoniacũ etiã occultũ ipso iure beneficio priuatũ esse, ita quidẽ ut nullũ in eo ius ab initio adquisierit: atq; ideo nec fructus facere suos, & præterea excõmunicatũ esse ea excõmunicatõc

tionẽ, quã à solo Romano Põfifice tolli valeat. Posterior autẽ pars cõstitutionis Pauli Veneti inibi nõ cõtinetur: quã quidem tractat de excõmunicationẽ lata cõtra non reuelantes crimen simoniã: ab eaq; excõmunicationẽ nõ posse quẽ quã absolui ab alio quã Romano Pontifice, statuit. atq; hæc posterior pars secundũ Syluest. obtinet cõtra existentes in Romana curia, qui summo Pontifici, aut illi, cui uices suas cõmiserit ipse, crimẽ simoniã nõ reuelauerit. Quin & hæc excõmunicationis pœnã iam per desuetudinẽ quandã abolitam esse, adseuerant idem Syluest. & Florët. in dict. tit. 24. ca. 66.

Apud ueteres ante eã constitutionẽ satis cotrauersum erat, an collatio beneficii per simoniã contingens ipso iure nulla esset: ita quidem ut ex hoc impediretur sacerdoti adquisitio: quippe quã simoniaco ob crimen incapaci minimẽ cõueniret. Nã doct. in cap. per tuas. in. 2. de simo. Abba. in cap. cum clerici. de pact. Anchar. col. 293. senserunt collationẽ beneficii simoniacẽ factã ipso iure nullam esse. idq; alii admiserunt quo ad simoniã publicã: nõ tamẽ quo ad occultã: de quibus Gome. tract. in dict. q. 12. sed sanẽ cõstitutio Concilii Cõstantiensis, & Pauli Veneti expressim hæc soluit ambiguitatem, cùm ea statutum sit, simoniã etiã occultam nullum ius ab initio acqui-

rere in beneficio quod per simoniã habuit. idq; meretissimẽ: si quidem in pœnam criminis lege humana fit simoniacus eiusdem beneficii incapax ipso iure. Vnde non tantum in foro exteriori, sed in iudicio animæ huius beneficii, & fructuum ex eo perceptorum restitutio necessaria est ea ratione, quã aduersus Ioan. à Medina pro intellectu Regiã legis adnotauimus. Non inficior me in hac obiectione dissoluenda longiũs fortassis, quã uenationis tractui par erat, progressum fuisse: id tamen mihi condonandum est, cũ propter expeditiorem & interiorem huius disputationem cognitionem: tunc ex eo, quod & nostra digressio satis cõueniens sit huius regulã, peccatum. interpretationi. Imo & eadẽ causa nihilominus adhuc libenter queram, quam ob rem collatio simoniacẽ facta ignorantibus valeat ipso iure, donec in pœnam criminis à iudice rescindatur: & tamen diuus Thomas in animæ iudicio censet, hunc, qui beneficium habuit ex simonia ab alio eo inficio commissã, teneri etiã ante sentẽtiã ad restitutionem: cùm pœnali legi locus non sit in foro conscientie ante iudicis exteriorẽ executionem. Huic dubitationi facillimẽ respõdebimus, si diui Thomæ sententiam hac de re sequamur: is inquam in dicto articulo sexto, ad tertium, hæc scri-

bit. Ad tertium dicendum, quod hoc quod aliquis priuetur eo, quod accepit, non solum est poena peccati: sed etiam quandoque est effectus acquisitionis iniustæ: puta cum aliquis emit rem aliquam ab eo, qui vendere non potest. rursus idem Thomas scripserat in responsione ad questionem in hunc sane modum. Respondeo dicendum, quod nullus potest licite retinere id, quod contra voluntatem domini adquisiuit. puta si aliquis dispensator de rebus domini sui daret alicui contra voluntatem, & ordinationem domini sui: ille qui acciperet licite retinere non posset. Dominus autem cuius ecclesiarum prelati sunt dispensatores, & ministri, ordinauit, ut spiritualia gratis darentur, secundu illud Matthæ. 10. gratis accepistis: gratis date. & ideo qui meritis interuentu spiritualia quæcunq; adsequitur, ea licite retinere non potest. Hactenus Thomas, cuius verba in specie retuli, ut ex eis valeat lector satis percipere, simoniacam sacerdotiorum collationem, & itidem aliarum dignitatum & beneficiorum concessionem nullam esse, nec ius ali quod acquisitionis tribuere ei, cui facta fuerit, non quidē in poenam criminis, sed quia ex natura rei iure ipso naturali hæc adquisitio impediatur diuina voluntate: sine qua spiritualia vendi non possunt. idcirco qui ea ex venditione

habuerit, iure iustitiæ comutatiuæ dimittere tenetur, & restituere ipsis ecclesiis particularibus, vel ecclesie vniuersali: materia etenim vendibilis non est: atq; ex eo, titulo emptionis adquiri nequit: unde restitutionis obligatio merito deducitur. Inde palam consequitur, beneficium acquisitum per simoniam in scio eo, cui collatum est, commissam, etiā in foro animę dimittendum fore, cum illud habens perceperit, & cognouerit vitium simoniæ: quia ipsa adquisitio peccat propria natura rei, quæ in venditionem deduci nequit absq; consensu diuino. qua ratione beneficium hoc adquiri non potuit, nec fuit acquisitū ei, cui collatum est, sicuti nec res vendita alicui ignorantem venditorem eam non potuisse vendere, ei non acquiritur ab initio. Et idem probatur, quia si materia vendibilis non est, ut constat, parū refert quod emptor bona fide emerit, aut quod quis bona fide eam habuerit, si tamen emptionis conuentio præcesserit ut ea daretur. quod maximè est notandum.

Sed iuxta hunc sensum diuini Thomæ, dubium est, quam ob rem iura pontificia in hoc casu statuerint, collationem beneficii non ipso iure irritam, sed rescindendam esse: cum ex diuini Thomæ opinione ab initio ex propria natura fuerit ipse actus nullus, nec potuerit vim aliquam habere lege humana, quæ diuinum

diuinum consensum supplere nequit: Nam & bona fides ementis rem alienam absq; domini consensu, vel possidentis rem aliquā ex titulo nullo, tantum eum defendit dum ipsa bona fides manet: at accedente mala fide statim restituere ipsam possessor tenetur: nec est expectanda iudicis sententia: quæ videtur in hac nostra specie requiri ad rescissionem collationis. Ego, si vera est Sæcti Thomæ ratio, arbitror, etiam iure humano hanc simoniacam collationem factam alicui simoniæ vitium ignorantem ab initio, nullam fuisse, & ideo per iudicem exteriorem cogendum eum fore beneficium dimittere cum fructibus à die sci entię, & malæ fidei perceptis, & percipiendis, & qui eo tempore nondum fuerant consumpti: atq; item ab eo die statim teneri ad dimittendum beneficium sibi collatum secundum omnes. Quod minime procederet saltē quo ad fructus perceptos, si titulus ab initio iure humano foret validus: cum fructus nequaquam debeantur apud iudicem exteriorem ante sententiam, vel saltem ante malam fidem, vbi quis per sententiam priuandus est: non priuatus ipso iure secundum varias opiniones, quas hac de re tradidimus in epitome in. 4. decret. 2. part. cap. 6. §. 8. num. 7. vnde fructus percepti ante scientiam criminis licet nondum consumpti, profecto si titulus ab

initio validus foret, minimè essent restituendi: cum fuerint percepti eo tempore, quo quis titulum ipso iure validum, & bonam fidem habuit. igitur Pontificiæ decisiones, quæ hanc simoniacam collationem rescindendam per sententiam fore statuerunt, referenda sunt ad reuocationem facti, quæ potius declaratio quædam est, quam reuocatio iuris, ut tandem iudex pronuntiet, eam collationem, quatenus ita facta est, reuocandam esse, & reuocari: ac declaret ab initio nullam fuisse. Sæpissime etenim hæc declarationes apud iura Pontificia nouæ quædam reuocationes appellantur. Hinc sane deducitur, titulum hunc simoniacum nullum ipso iure fuisse, & ea ex causa per iudicem reuocari, non in poenam criminis.

Quod si contendat quis, titulum hunc ab initio ipso iure validum fuisse: sed tamen in poenam delicti reuocari debere per iudicis sententiam: tunc sane ipse possessor beneficii nullum crimen commisit, nec culpam aliquam contraxit, donec scientiam habuit simoniæ: etenim tenebatur statim id dimittere: ideoq; non dimittens beneficium ita acquisitum, ratum habere videtur simoniæ crimen: eaq; ratione ad fructus tenebitur, ab eo die perceptos: iuxta eam opinionem, quæ probat, delinquentem priuandum per sententiam aliqua re, teneri ad fructus perce-

ptos à die commissi criminis: atq; ad corū restitutionē posse per iudicem condemnari. Et tamē Diuus Thomas pronunciauit, etiā in iudicio animæ hunc teneri ad fructus perceptos ante scientiam criminis, modo hic cōsumpti nō sint bona fide. vnde vel hæc sententia diui Thomæ falsa est, vel certe nimè conuenit opinioni, quā modo tractam⁹, & quæ dicitur, in pœnā criminis hunc possessorē beneficii eo priuādū per sententiā iudicis fore. Mihi profecto verior videtur Thomæ opinio propter ipsius reinaturā, & rationes ab eo adductas. Et fortassis iura humana hūc habere poterunt sensū, vt collatio beneficii facta per simoniam ignoratū, sit ex propriavi, & natura nulla, quāuis statim huic ignorantiper iura humana noua fiat, & à labe simoniæ immunis collatio, ad tēpus vsq; sciētix & malę fidei, atq; ad effectum vt percipere valeat eiusdem beneficii fructus, eosq; absq; fraude consumere.

Ex eadem diui Thomæ ratione probatur, habētē beneficiū per simoniam cū ipso Romano Pōtifice cōuētā: vel cōmissam ipso sciēte, nullum ius in eo habere, nec adquirere: cū ex natura rei lege naturali & diuina, quibus Papa derogare nō potest, ipsa adquisitio impedita sit absq; diuino cōsensu: nec Romanus Pōtiffex simonię labem permittere valet, nec vitiū, & culpā simoniæ remittere: imo & ipse

simoniacus est, si simoniā cōmiserit, nēpe si spiritualia, quæ iure naturali, & diuino vēdi nō possunt, vēdiderit. quod notat Doct. in ca. 1. de simo. Thomas in 4. dist. 25. q. 3. ar. 3. Silue. verb. simonia. §. 4. Car di. à Turre cremata in cap. latore. 1. q. 1. ad. 3. & est omniū cōmunis sententia. Etenim papa nō potest id permittere quod iure diuino, & naturali illicitum & prohibētū extat: quemadmodū satis manifestū est: & vbiq; à Theologis & canonistis frequētissime receptū.

Et licet quibusdā visum fuerit, Romanū Pontificē simoniam nō cōmittere per pactiōes istas super beneficiis factas: nam ita hoc indistinctē probant glo. & doct. in cap. ex parte. in. 1. de offic. delegat. Antoni. Card. & doct. in cap. 1. de simo. Detti. in cōs. 141. & latissimè Iacobi. in tract. de cōcilio. lib. 4. art. 5. quorū opinionē verā esse in beneficiis simplicibus: non ita incuratis: cum in his simonia vetita sit iure diuino, existimant Panor. in cap. extirpādā. §. quia vero. col. penult. de preben. & in dict. cap. ex parte. & in dict. ca. 1. Ioan. Maior. in. 4. senten. distin. 25. quæstio. 3. colu. penult. Syuest. verb. simonia. quæstio. 3. Carol. Molinę. in Alex. cons. 93. lib. 6. tamen verior est ea sentētia, qua diffinitum est, simoniam non tantum in ordinibus, sed & in beneficiis etiam simplicibus iure diuino, & naturali vetitam esse, siquidem simonia

iure

iure diuino prohibita est non tantum in spiritualibus: sed et in his, quæ spiritualibus annexa sunt. Thomas. 2. 2. quæstio. 100. artic. 4. atq; ita in specie late probat Caieta. in opusculo de simonia. quæstio. 1. cui suffragatur tex. in capitulo. ex multis. 1. q. 3. vbi legis diuinæ prohibentis simoniam auctoritas ad omnia ecclesiastica traditur. ad idem tex. in cap. ex diligenti. de simo. sic summus pontifex etiam in simplicibus beneficiis simoniam punit in dict. extrauagan. 2. de simo. præmittens eā iure diuino damnatam esse.

Non me latet frequentiori doctorum sententiā receptum esse, quod collatio beneficii simoniace facta, non ex natura ipsa conuentionis: sed in pœnam criminis nulla sit, quasi voluntas accesserit conferentis, qui beneficium ecclesiasticum dare potuit: tamen si hæc datio admistam habeat iniquitatem ob prætentam æstimationem spiritualis ad temporale. vnde secundum Doctorem. iure diuino pœna æternæ damnationis infligitur simoniacis, licet valeat eo iure collatio beneficii facta ratione simoniæ. quod maximè refragatur verbis Sancti Thomæ quæ & à Card. sancti Sixti referuntur in cap. statuimus. 1. quæstio. prima. colum. prima. & tertia. in secundo.

Hinc etiā expendi poterit quod à plerisq; in controuersiam addu-

citur: an papa scienter conferēs aliquod temporale, videatur cum eo dispensa recircā pœnas iuris humani, & Pontificii: & nisi expressim dispēsauerit Romanus pontifex, nō cēseri tacite ex hoc easdem pœnas remittere, tenent Panor. in capitulo 1. de simonia. Adrian. quod libe. nono. articulo. vlt. versu. ad. 4. Ioan. Maior. in distin. 25. quæstio. 3. colum. penultima. quam in partem, dubius tamen, inclinat Caieta. 2. 2. quæstio. 100. arti. vlti. idem colligitur ex Ioan. Andrea in regul. cui licet. de regul. iur. in. 6. ex contrario remissas esse à summo Pontifice pœnas iuris Canonici, si ex certa scientia beneficium alicui simoniace contulerit, tenent Syluester verb. simonia. §. quarto. & 19. Paluda. in. 4. dist. 25. quæstio. 4. Felin. in dict. capitulo. 1. de simo. & in capitulo. de cætero. colum. vltima. dere iud. & Card. à Turre cremat. in cap. latorem. 1. quæst. 1. num. 4. quorum opinio probatur ex eo quod princeps sciens aliquem iure humano impeditum dignitatem habere, eam illi nihilominus conferens, videatur tacite, & implicite eum capacem efficere, & cum eo dispensare: sicuti notant Barto. in. l. Barbarius. nume. 12. ff. de off. præt. Alexan. in. l. quidam consulebant. per tex. ibi. ff. de rei iud. tex. & ibi glossa. in lege secunda. C. de crimi. sacrilegii. Roman. cons. 327. Panormitan⁹.

H iiii in

in ca. cum in cūctis. §. inferiora. 3. col. & inca. innotuit. col. 4. de electio. & idem in capitulo secundo columna secūda. de schismat. Felin. in capitulo præterea. numero nono. de testibus cogend. Ioan. Staphil. de literis gratiæ & iust. Folio. 83. cui sententiæ & ipse potius accedam sequutus euidenter coniecturam voluntatis ipsius principis. quo fit, vt si teneamus, collationem simoniacæ beneficiorum in pœnam criminis nullam esse ipso iure, dicendum sit in hac specie pœnam istam simul, & alias iuris positivi remissas esse à Romano Pontifice. At si sequamur opinionem diui Thomæ, oportet præsumere, tacita principis voluntate denuo iterū collationem factam esse huius sacerdotii, & eam quidem immunē, ac liberam à simoniæ vitio.

Hæc tandem eo tendunt, vt certissimum sit, legem humanam siue in pœnam, siue ob aliam causam, impediens primam alicuius rei acquisitionem, in animæ iudicio locum habere, ac seruandam fore: nec posse eandem rem absq; obligatione restitutionis iure obtineri: quod satis hætenus ostensum est: poteratq; latius idē probari. igitur Partitarū lex, quæ de venatione tractat, aliam interpretationem patitur. Nam etsi ea constitutio statuerit, feras captas in fundo alieno à venatore, qui per dominum ingredi prohibi-

tus fuerit, ad fundi dominum pertinere, non ex hoc impedit primam illarum ferarum acquisitionem, sed tantum sanxit eas feras domino fundi restituendas in pœnam vetiti ingressus. vnde donec iudex secundum eandem legem per sententiam condemnauerit venatorem ad restitutionem, legemque ipsam exequatur, minimè in conscientia foro venator tenebitur ad ferarum restitutionem.

Quinto ab eadem conclusione, quam de venatione constituimus, infertur venatores, & capientes feras, aliaq; animalia intra fundum alienum, non teneri in animæ iudicio ad restitutionem, sibiq; adquirere capta animalia, etiā si agri dominus ius venandi intra eum alicui locauerit, aut in vniuersum venationem in eo fundo prohibuerit ea ratione quod ipse capere velit easdem feras intra proprium agrum enutritas, & pecunia vendere. hanc opinionem idē Ioannes à Medina probat in dict. quæstione. 12. cuius ea est potissima ratio, quod sicut ante prohibitionem domini, ita & post eam dominus ipse nullum ius habet ad feras intra proprium agrum enutritas. etenim vt ante prohibitionem illæ fere nullius erant: ita & post, nullius sunt: idcirco capientis efficiuntur: nec prohibitio domini eum effectū operatur, quod ea animalia vel ipsius efficiantur priusquā capiantur, vel postquam

quam eo prohibente fuerint per alium capta, in ipsius domini, non capientis dominium transeant. atque ita hanc sententiam censeo veram esse, licet Florian. in dict. l. diuus. Iacobinus de feudis. capit. & cum venationibus. Chassanæ. in dict. §. septimo. rubrica decima tertia. Felinus in capit. omnes leges. vltim. columna. distinctione prima. & Claudius Canciuncula in dicto. §. fera. existiment, feras à venatoribus captas in eo agro, cuius fructus consistunt, & percipiuntur ex venatione, minimè capientium effici, nec ad eos pertinere: sed esse domino fundi restituendas. per textū in. l. item si fundi. §. Aucupiorū. ff. de usufruct. quo probatur, redditus venationis ad usufructuarium fundi pertinere. Nam & iure Cæsareo dubia est etiam in exteriori iudicio ea opinio ex gloss. in dict. l. diuus. cuius superius mentionem fecimus.

Sed & si certa esset apud iudicem exteriorem, in foro tamen conscientia non ita obtineret: sicuti apparet ex his, quæ in præcedenti illatione adnotauimus. Etenim quod fundi fructus in venationem ferarum referatur, parum refert: aut profecto non plus, quàm ipsius domini prohibitio, ne quis eius agrum, vel fundum ingrediatur. Non obstat textus in dict. §. aucupiorum. dum iuriscōsultus inquit, Aucupiorum quoque, & venationum redditum Cas-

fius ait libro octauo iurisciuilis ad fructuarium pertinere. ergo & piscationum. Hætenus iuriscōsultus. Etenim ex eo loco deducuntur plura, primū, usufructuarium posse venari in eo fundo, in quo usufructum habet: nec posse à proprietario prohiberi, ne venetur ipse usufructarius. quod item probatur in. l. usufructuarium. ff. de usufruct. deinde colligitur ab autoritate iuriscōsulti, ad ipsum usufructuarium pertinere, quod is permittat, vel licentiam exhibeat venandi in fundo, cuius usufructum habet: eadēque ratione usufructuarius poterit prohibere, ne quis fundum ad venandum ingrediatur. Tertio inde apparet, pecuniam pacto promissam pro licentia venandi alicui concessa, ad usufructuariū pertinere: quia cum ipse possit, & ius habeat prohibendi, ne fundū quis ingrediatur: poterit iustè vendere facultatem, & licentiam ingrediendi ad venandū, vel ad aliū licitum vsum. Hinc tamen non sequitur, feras intra fundum enutritas, esse fundi propriū fructū: vel eas pertinere ad usufructuariū iure domini: cum ipse in iis, quæ nullius sunt, & iure naturali communia censentur, non plus iuris habeat, quam quiuis alius.

Sexto deducitur vera interpretatio textus. in. l. si quisquam. ff. de diuers. & tempor. præscription. quo responsum est,

H v posse



posse alicui competere ex vsu capione ius piscandi, aut venandi in aliquo fluminis publici diuerticulo vel in aliqua publici agri parte ita quidem, vt possit prohibere aliis piscationem, & venationem. idem probat textus, in 10 l. sane si maris. ff. de iniur. quod obtinet, vel præscriptione tanti temporis, cuius initium memoriam hominum excedat, vel consuetudine legitimo consensu populi statuta: quemadmodum latè tradiderunt Baldus in rubrica. ff. de rerum diuisione. columna prima Angelus Aretinus in. §. Flumina. instit. de rerum. diuisione. Franciscus Balbus in tract. de prescriptio. quinta parte. principal. quarta parte. quæstione sexta. optime Aymon Sauillianus in tractatu de antiquita. tempo. quarta parte capit. materia ista. nume. octuage simo. Sic & princeps potest priuilegium priuato concedere, vt ipse solus in aliqua parte maris publici, vel agri piscari, & venari possit aliosque nè id faciant prohibere. glossa. in dict. l. si quisquam. & in dicta. l. sane si maris. & in. l. venditor. in princip. per text. ibi. ff. comu. prædi. vbi iuriconsultus de Thynnariis tractat. quas Hispani dicimus Almadrauas: & sic de piscatione Thynnorum. idem adnotauit post alios Accursiū sequutus Carolus Ruinus consi. 28. & 29. libro primo. columna. prima. Dettus consil. 272. numer. 11. Etenim

licet in his speciebus quis contra prohibitionem venetur, aut piscetur, in iudicio anime, nequaquam tenebitur ad restitutionem pisciū, aut ferarum, quas habuerit: quod probatur ex rationibus, & conclusionem prænotatis: in foro autem iudiciali cogetur restituere in hac specie propter decisionem legis Partitarum, & propter opinionem glossæ. in dict. §. feræ. quibus fere decisum est, venatorem, cogendum esse restituere ea quæ venatus fuerit prohibente illo, qui prohibere poterat.

Septimò hinc probatur, venatione prohibita in locis adhuc publicis per inferiorem à principe absque iusta causa, qui tamen præscriptione immemoriali, aut priuilegio, aut consensu communitatis, ius prohibendi adquisiuit, quæ iura maximè sunt in iudicio anime, & quo ad Deum examinanda, nè Tyrannidem sapiant: quod si quis aduersus hanc prohibitionem venetur, sibi adquirit feras, quas venatione habuit, nec tenetur in conscientie foro eas restituere. quod probatur si rationes, & conclusionem, quas modò præmisimus, diligenter obseruemus. Et fortassis in foro iudiciali & si vera foret sententia glossæ. in dicto. §. feræ. quæ lege regia Partitarum comprobata est, ipse illam conclusionem seruandam esse censerè, cū quis habet ius prohi

ius prohibendi venationem ea ratione, quod fundus priuatus sit, nõ communis, vel quia ipsi soli ius venationis competit, & non alteri eo inuito. Alioqui vbi venatio prohibetur in vniuersum quoad loca publica aliis ex causis, tunc satis erit quod iudex condemnet ad poenam legis vel statuti, aut edicti prohibentis: nec debet necessario ad restitutionem animalium condemnare. *ad sup. bulli. d. Illud profecto prætermittendum non est, quod prohibentes venationem vel in locis publicis, vel priuatis, etiam propriis, tenentur ad restitutionem damni vicinis illati ex multitudine animalium, quæ in loco prohibito ob interditam venationem enutrita, exterius erumpunt, & in seibus, ac segetibus exitium, ac deuastationem inferunt: sicuti eleganter respondit Caiet. in tracta. 17. quæstionū capitul. duodecimo. Nec iusta est excusatio prohibentium venationem intra proprios agros, si permiserint eorundem animalium occisionem: quoties proprium fundum aggressa in vicinorum agros diuerterint. Etenim tenentur hi qui prohibita venatione causam dederint animalium multitudini, & deinde ex hoc vicinorum prædiorum damno, vel illas feras includere, aut earum innumeram multitudinem extinguere, saltem diminuere, vel permittere liberam venationem, aut illatum*

damnum soluere. argumento textus in lege. 2. §. vltim. ff. si quadrup. paup. fecisse dica. litem Mela. §. item cum eo. ff. ad. l. Aquilia. l. hi enim. l. & generaliter. & l. quæ vulgo. ff. de ædilit. edict. & eorū quæ notant Romanus singul. septingentesimo quarto. Innocentius, Abb. & Doctor. in capi. ad audientiam. de homici. *Preterea licet secundum quorundam opinionem, quam modò probauimus, qui venatur in alieno fundo domino prohibente, non teneatur in anime iudicio ad restitutionem eorum animalium quæ per venationem habuerit, nec ad eorum æstimationem tenetur tamen ad æstimationem damni, quod per eam venationem domino prohibente dederit. In hac verò æstimatione habenda est ratio animalium, quæ nisi extraneus venatus fuisset, dominus fundi, eiusue conductor habuisset, suaque fecisset, per apprehensionem. Item habenda ratio est venationis, quæ in eo fundo per dominum solum exerceri solebat. Tandem hic venator, qui domino prohibente agrum alienum ingreditur non tenetur ad restitutionem ratione captorum animalium, sed ratione damni illati per venationem ipsi domino, qui venari iure, & iustitia solitus intra proprium agrum fuerat. quod in specie visum est Ioan. à Medina*

creol. abstract. Aquil. ad Frae. hos

dicta questione duodecima. Imo & venatores omnino tenentur ad dānū, quod agri domino intulere in fructibus, & segetibus, etiam si expressa prohibitio non fuerit præmissa: cum sufficiat tacita quo ad istud damnum. *in. l. quemadmodum. §. planē. ff. ad. l. Aquili. planē, inquit, Vlpianus, si culpa nautarum id factum sit, lege Aquilia agendum. Sed ubi damni iniuria agitur ob retia, non piscium, qui ad eodē capti non sunt, fieri æstimationem: cum incertum fuerit an caperētur. idemque & in venatoribus, & aucupibus probandum. Hactenus ipse iuriconsultus, a quo, nō posse incertum piscium, aut ferarum in venationibus, & piscationibus æstimari, quia plura contingere possēt ob quæ nec fere, nec pisces caperentur, adnotarunt Paulus de Castro in. l. non utique. §. ultimo. ff. de eo quod cert. loco. Roman. in. singu. 63. Preposit. in capitul. iuuenis. de sponsal. tertia columna. Boerius in additionibus ad Dinum in rubri. de regulis iuris secūda columna & Scholias tes quidam Panormitani in capitul. commissum. de deci. litera. E. asseuerantes minimē deberi æstimationem nec interesse piscationis, aut venationis ab eo, qui alterum iniuria, & inique piscari, aut venari*

impedierit, eiusuē retia ruperit. idem & in eo, qui piscatorem, aut venatorem, qui victum inde quærebat, percusserit, vel occiderit, nam licet alioqui operę percussis, aut occisi præsentibus, & futurae soleant æstimari. l. ex hac. ff. si quadrup. pau. feciss. dicat. piscatoris tamen, aut venatoris percussis operę minime æstimabuntur, vt omnino incertæ. facit ad hoc textus in. §. illud quæsitum. instit. de rerum diuisio. Sed iuriconsulti locus in dicto. §. planē. ita accipiendus est, vt obtineat in ditoribus, & fluminibus, vbi piscatio certa non est, sed ad modum rara, & incerta. quod plerumque contingere solet: siquidem piscatores hac ratione sæpius eluduntur, quàm capiant. At vbi piscatio, aut venatio vberima, & optima est, ac certissima, quæ fallere non solet, profecto tunc amissio captus piscium, propinquum est interesse, & probabile: vnde æstimari debet. l. ait lex. in fine. ff. ad. l. Aquili. cū. l. sequenti. sicuti eleganter explicat Carolus Molinęus in. l. vnica. C. de sentēt. quę pro eo quod interest. numer. octuagesimo quarto. quo fit, vt impeditus piscari, aut venari ab eo, qui iure impedire non potuit, agere valeat nō tantum ad retia rupta, eorumque æstimationem: sed & ad æstimationem piscaturę, quæ iuxta tempus, & locum certa imminebat.

Quin

Quin & præter hanc æstimationem potest & altera in his piscationibus, & venationibus constitui æstimatione, si piscator, aut venator certum quotidie lucrum habeat ex pacto, quod cum altero pepigerit, vt ei det centum pro cuiuslibet diei piscatura. Etenim ex hac pactioe piscator habere debet pro cuiuslibet diei piscatura centum, & ea certissima, siue piscatio vberima sit, siue sterilis, textus singularis in. l. si iactum retis. ff. de actio. empti. quo in loco iuriconsultus illum approbat contractum, quo iactus retis emitur quicumque is futurus sit. idcirco inibi est etiam responsum, quod si piscator præmissa conuentione inita nolit rete mittere, emptor poterit aduersus eum agere ad æstimationem: atque æstimabitur incertum illius iactus, id est alea illa, quæ in venditionem deducta fuit. quod & Bartolus tradit in. l. cotem. §. qui maximos. secūda columna. ff. de publi. facit textus in. l. nec emptio. ff. de contra. emptioe. Nec ex iuriconsulto intelligas, incertam esse huius rei æstimatione: sed esse æstimandam aleam illam, & iactum retis qui ob varium successum & dubium, incertum quid dicitur a iuriconsulto. Hinc & illud constat in prædicta. l. exemplo emptorē posse agere contra venditorem ad iactum retis, vel ad eius æstimatione, vt modo diximus, etiā

si maior sit æstimatione, quàm precium conuentum: nam id plerumque euenire poterit, atque eadem ratione deducitur, posse venditorem impeditum iactum retis mittere, agere aduersus impediētem non tantum ad precium conuentum, sed etiam ad illam æstimationem iactus retis, quàm emptori soluere coactus venditor fuerit. Ex quibus tandem apparet de fēdi posse opinionem Ioannis à Medina, cuius paulò ante mentionem fecimus. Inde etiam probatur, piscatoris, & venatoris percussis, aut occisi operas æstimandas fore, & posse iustissimē æstimari: quidquid præcitati Doctores voluerint. Sic etiam patet error illius, qui Panormitano scholia adiecit in dicto capitul. commissum. dum scripsit, impediētem aliquem piscari, vel retia piscatoris rumpentem, non teneri ecclesie ad æstimationem eius, quod ex piscatura decimæ ratione poterat cōpetere. Etenim falsa est hæc opinio: quia & ipsi piscatori, aut venatori restituēda est æstimatione piscaturę arbitrio boni viri, & huius æstimationis pars decima ecclesie debetur: vbi, ex piscationibus, & venationibus decima soluitur.

Postremò est hac in re animaduertendum ad textū in dicto. §. illud quæsitum. instit. de rer. diui. quod responsum est, ferā ab aliquo venatore, etiam letali secūdū Theophilum,



lum, vulnere, non aliter effici vul-
neratis quam si ab eo capta fuerit
& ideo si ea vulnerata fugies per
alium capta sit, ipsius capientis fie-
ri probatur hoc & in l. naturalē.
§. illud. ff. de adqui. rer. domi. no-
tat Bart. in l. quo minus. q. 5. ff. de
fluminibus. & idē erit in fera per-
retia, & instrumēta venatoris illa
queata: nam si per alium quam
apponentem retia, fuerit capta ex
ipsis laqueis, eius efficitur, non il-
lius, qui rete posuit. Regia. l. 20. ti-
tul. 28. parti. tertia. quæ quidē con-
stitutio addit, in aliquot huius re-
gni locis contrarium seruari, vt
sit ipsius feram percutientis, aut
illa queantis venationis instrumē-
to. quod fori lex expressim aperit
& refert lib. tertio, titul. quarto. l.
17. hanc item opinionem vt fera
sit percutientis seruari consuetu-
dine testatur glo. in dict. l. natura-
lem. §. illud. Nam cum in hac spe-
cie minimē tractetur de pœna cō-
stituenda, etiā in foro conscientie
& animæ iudicio erit seruandum
id, quod per leges humanas, vel
cōsuetudines legitimē prescriptas
fuerit statutum.

Secunda proponitur in hoc ve-
nationis tractatu conclusio. Vena-
tio & piscatio ferarum & pisciū,
qui priuatim alicui proprii sint
ad eō natura rei prohibentur, vt
non secus ad restitutionem vena-
tores piscatoresq; teneatur, quam
si domesticū, & mite alicuius ani-
mal capiant. Probatur hæc cōclu-

sio ratione iustitiæ commutatiuæ
à qua deducitur obligatio restituē-
di ex causa acceptiōis iniquæ: quæ
processit in damnū, & iniuriam
proximi: cuius proprias capitur
& aufertur. Vnde & in hoc casu
potest dominus aduersus venato-
rem agere actione furti. §. Gallina-
rum. Instit. de rerum diuisio. l. Pō-
ponius scribit, §. idē Ponponius.
ff. famil. herciscū. l. vsu fructua-
rium. ff. de vsu fruct. quæ quidem
iurisperitorum responsa hanc
conclusionem & illationem præ-
mittūt: sed & ipse aliquot ex hac
assertione deducam, quo facilius
percipiatur eius intellectus.

Primum hinc infertur, venato-
rem teneri ad restituēdē anima-
lium, quæ quis priuatim inclusa
viuariis, leporariis, piscinis, aut
stagnis habebat, etiam si ab his lo-
cis animalia hæc exire soleant, mō-
dō habeant consuetudinem cun-
di, & redeundi: cum isthæc ani-
malia non habeant libertatem
omnino exeundi loca septa, saltē
possit dominus exitum impedire
facilimē oclusis viuariis. idem e-
rit in apibus priuato alicui inclu-
sis, & de ceruis priuatæ syluæ mu-
ro circumdata. Cōstatq; hoc corol-
larium in l. tertia §. item feras. ff.
de acqui. possel. & in dict. §. feras.
cum sequentibus: & in l. 1. titul.
28. parti. tertia. Procedit tamē quā-
do hæc viuaria, leporaria, piscinæ,
& stagna facta fuerint priuata
hominum opera: quod si ab ipsis
animali-

animalibus naturaliter facta fue-
runt absque industria priuatorū,
secus erit. ex §. Apium. Insti. de re-
rum diuisio.


Secundō hinc colligitur, horū
animalium restitutionem facien-
dam esse eorū priuato domino,
etiam si capta fuerint extra locum
illum, quo includuntur, modō nō
amiserint eundi, & redeundi cō-
suetudinem. Adhuc enim pro-
pria sunt illius, qui ea inclusit:
quod expressim in conscientie iu-
dicio adnotauit Ioānes à Medina
dicta questione. 12. & probat-
ur in locis modō citatis, quam-
uis venator nulla arte, nec indu-
stria vsus fuerit ad deducenda il-
la animalia extra septa, & loca
quibus includuntur, in locum sa-
nē publicum. At in casu primæ
conclusionis venator etiam arte,
& industria educens feras, & ani-
mali extra locum prohibitum, nō
tenetur ad restitutionem anima-
lium: licet possit quandoque dici,
eum obligari ad damni ex hac ve-
natione illati compensationem
iuxta ea, quæ tradidimus in septi-
mo prioris conclusionis corolla-
rio. ad nihilū autē teneretur vena-
tor, q; feras & animalia extra locū
vetitum absq; vlla eius fraude di-
gressa caperet, & occideret. quod
superius satis probatum est.

Tertiō ex hoc manifesti iuris est
quod si quis arte, & fraude colū-
bas deducat ab alterius colūbario
adq; proprium attrahat, tenebitur

is ad colubarum restitutionem,
etiam in animæ iudicio. Erity in
foro iudiciali puniendus secundū
ea, quæ hac de notauit Cœpola de
seruit. rust. prædio. c. de colūbario.
& cap. de venatione.

Quartō, planē constat ex secun-
da conclusione ratio, quare prohi-
beantur venatores, & alii quicum-
que balistis, similibusue instrumē-
tis vt ad occidendas columbas,
quæ in priuatis colubaribus nutri-
untur. quod Cœpola tradit in di-
capit. de colubaribus. Guido Pa-
pe. questione. 218. Regia. l. 22. facit
ad idem. titul. 28. par. tertia. permis-
sum tamen est quibuscunque, vt
certo quodam spacio loci à colū-
baribus remoti columbas occidere
possint: idq; spaciū iuxta decretū
supremi senatus vnus leuæ li-
mitibus definitum est.

His verō, quæ diximus partim
refragatur tex. singularis l. 13. §. itē
feras. ff. de adquirend. possel. quo
in loco iurisperitus respondit,
animalia inclusa viuariis, & colū-
baribus priuatis, pisces item in pisci-
nam cōgregatos à domino fundi
possideri: nō sic pisces inclusos in
stagnis, nec feras in saltibus circū
septis degentes, & euagantes: nā
hæc à domino fundi minimē possi-
dētur. ecce igitur qualiter nō om-
nino par ius sit in saltibus circūse-
ptis, & stagnis, quod in viuariis, pi-
scinis, & colūbaribus: atquē idē cū in
ter hæc ratio differētiæ à iurisperi-
to cōstituatur, patet in his nō esse
hanc



hac secundam conclusionem omnino constituendam. Huic autem obiectioni primum respondetur, quo ad dominium non esse discrimen vllum inter stagna, & saltus piscinas, & viuaria, modo saltus & stagna, vtcunq; longissimi spacia sint, manu hominum, & priuata industria fuerint circūsepta, & fabricata. hancq; sententiam olim Salmantica publice, veram esse probare conatus fui: tamen si quo ad possessionem piscium, & ferarum in particulari, distinctio iuriscōsulti mihi maximè placeat hancq; arbitror esse illius responsi veram interpretationē. quam deduxi ab Accursio ibi, quem sequuntur Angel. Imol. Alexā. & Doct. communiter & præ cæteris Vinceti. Hercul. in. §. Nerua filius. nu. 7. eiusdem. l. 3. sed licet quo ad possessionem manifesta sit, ac certissima iuriscōsulti, & interpretum differētia: eaq; ex litera illius respōsi expressim cōstet: tamen adhuc, & quo ad dominium eandem esse differentiam admittendā à priori discedens sententia nūc opinor: propter rationem, qua iuriscōsultus, eiusq; interpretes vtuntur. ea enim est, quod pisces stagnorum & feræ in saltibus circūseptis enutritæ, libertati naturali relicte sint. quæ qdē ratio probat hos pisces, hæcque feras nondum in vllius dominium transisse donec per occupationem capiantur. oportet tamen cum discrimen constitutum sit à

iuriscōsulto inter viuaria, & saltus, etiam circumseptos: piscinam & stagna: diligenter perpendere harum dictionum proprietatem secundum quam iuriscōsulti respōsum accipiendum est. viuaria quidem dicuntur loci, quibus vel aues, vel pisces, vel feræ continentur ad victum humanum, hominum quidem industria animalibus in ea loca imissis, vt nutriantur, aliaq; progenerent ad mensarum delicias, ex. l. usufructuarius venari. §. viuariis. ff. de usufruct. Plinio lib. 9. ca. 54. & lib. 8. cap. 52. dicuntur etiam viuaria apud Columellam lib. 8. cap. 1. loci, vbi nemoribus clausis pecudes Syluestres custodiuntur. Stagna dicuntur quod temporalem continēt aquam inibi stagnantem, quæ plerunq; hyeme cogit nec fluit, nec refluit. l. 1. ff. vt in flumi. publi. nauig. lic. piscina verò est ea, in quam pisces humana industria mittuntur, vt ibidem nutriantur. Igitur quo ad dominium, & possessionē pisces piscinarum, & feræ viuariarum pertinet ad dominum fundi, cui piscina, & viuaria accedunt. at pisces stagnorum, & feræ in nemoribus circūseptis euagantes non sūt ipsius domini, nec quo ad possessionē, nec quo ad dominium quoties saltus, vel stagna naturali loci, arborum densitate, aut rupibus circūsepta sunt. Quod si fuerint circūsepta nemora ipsa, & stagna, opera, & industria hominum,

num, tunc idem erit si pisces & feræ nihilominus relicte sint in naturali libertate. Sed si hominum opera ita sint animalia circūsepta, vt naturalis libertas earum ex hoc impedita sit, profecto non video qua ratione hæc ad agri dominum non pertineant. Nisi velis ad literam obseruare iuriscōsulti responsum in dict. §. item feræ. cuius hæc sunt pulchra verba: item feras bestias, quas viuariis includerimus. & pisces, quos in piscinam coniecerimus, à nobis possideri. Sed eos pisces, qui in stagno sunt, aut feras, quæ in Syluis circūseptis euagentur, à nobis non possideri: quoniam relicte sint in libertate naturali: alioqui etiam si quis Syluam emerit, viderieum omnes feras possidere quod falsum est. hæc iuriscōsultus. Qui coniectionem piscium in piscinam, & conclusionem ferarum in viuaria hominum industria, & opera factam, nē feræ vagari possint, exigit, vt earum possessio fundi domino competat: & adquisita sit.

Ex. §. sequenti.

- 1 Princeps superiorem minimè recognoscens ius habet indicendi bellum.
- 2 Iustum bellum non tantum dicitur ex auctoritate indicentis: sed & causa.
- 3 Iustum bellum est, quod fit ad defensionem, vel vindictam, vel punitionem.
- 4 Rebellio est iusta causa gerendi belli. & ini

- bi traduntur alie iuste belli cause.
- 5 Imperator, an sit totius mundi dominus, etiam quo ad protectionē? quo in loco questio latissime disputatur.
- 6 Potestas spiritualis in quo à temporali differat?
- 7 Summus pontifex an habeat temporalem iurisdictionem, in actu, vel in habitu.
- 8 intellectus Bart. in. l. 1. §. per hanc. ff. de rei vendi. & ibi dominiorum distinctio.
- 9 Reges Hispaniarum immunes sunt, & liberi à Cesarum Imperio.

§. Nonus.



Decimoquintò potissimum à principali regula procedit disputatio de restitutione rerū, quæ à militibus bello capiuntur: quæ necessario illam præmittit, quod sit bellum iustum, & quæ ad belli iustitiam requiratur. Nec tamen hic de bello ita longe tractabimus, vt videamur ex professo rem istam tractandam, & examinandam assumpsisse: sed obiter quæ iustitiam belli attinent compendio quodam expediemus. igitur præcipue ad belli iustitiā primo necessaria est auctoritas principis, qui bellum indicere possit. priuatus etenim, qui superiorem habet, apud quem possit iniuriarum agere, resq; proprias ab alio captas exigere, bellum gerere nequit: præsertim quod principi, cuius imperio subditus est, iniuriam



riam facit, si eo invito, vel absque eius auctoritate bellum alteri indixerit. Habet autem ius indicendi bellum princeps, qui superior neminem habet in eius principatu, secundum Augustinum libro. 22. contra Faustum, capitul. 74. capitul. quid culpatur. 23. quaestione prima. Isidorus libro decimo octavo Etymologiarum: & capitul. primo. 23. quaestione secunda. l. hostes. ff. de capti. & postlimi. reuers. l. hostes. ff. de verborum significatione. idem adnotarunt Diuus Thomas & Caieta. secundæ secundæ quaestione. 40. articulo primo. Innocent. in capitu. olim. in. 1. de restitutione spoliat. idem & post alios Panormitan. in cap. sicut. de iureiuran. num. septimo. glos. & ibi Doctor. in summa. 23. quaestione secunda. Bart. in dicta. l. hostes. num. decimo quarto. ff. de capt. & est communis opinio apud eos, qui hanc materiam tracta uere. ac deducitur ex traditis per Adrian. in quarto sentent. tractat. de restitutione: capi. aggredior casus speciales. & Florent. tertia parte. titul. quarto. capi. primo. §. nono. Syluest. verb. bellum. primo. quaestione prima. Caieta. in secundo Thoma opusculorum. quaest. vltim. Maior. in quarto sentent. distinct. 15. quaestione. 20. Alfonsus à Castro libr. secundo de iusta hæret. punit. capi. 14. Cardina. à Turre cremat. in dict. capit. quid culpatur. Ioan. Andre. & Docto. in

capit. primo de homicid. lib. 6. Io. Lignianus in tract. de bello. cap. 13. glossa. Bart. secunda colum. & post eum iuniores in. l. ex hoc iure. ff. de iust. & iure. Oldrad. conf. 70. ex quibus frequentiori eorum sententia ad iustitiam belli non tantum est necessaria auctoritas eius, qui potest bellum indicere, sed & iusta indicendi belli causa: & præterea recta bellantium, & indicentium bellum intentio, ut sane fiat, & bellum geratur animo propulsandi iniuria à republica, eidemque irrogatam vindicandi. Sed quia hæc vltima causa non pertinet ad restitutionem captorum in bello: cum & si desit recta bellantium intentio, nihilominus capta in bello alioqui iusto, & indicato ab eo, qui indicere potuit, non ex hoc sunt restituenda: quod in specie notant Adrian. in dict. cap. Aggredior. Caieta. dicta quaestione. 40. articulo primo. ad finem. Maior in dict. q. 20. vers. istis notatis. Syluest. verb. bellum. q. 1. si quidem restitutionis obligatio nunquam oritur à praua capientis intentione authore Th. 2. 2. q. 66. art. 8. vers. ad primum. alias iustas bellicausas persequemur, præter eam quæ semper ad iustitiam belli publici necessaria est, auctoritas scilicet principis.

Inter alias belli causas, quæ iustissimæ censerentur, illa est omnium probatissima, & ad quam fere omnes, quæ tradi consueuere referri

referri possunt, quod bellum fiat ad defensionem reipublicæ ne ea à Tyranno per vim opprimatur: item ad defensionem proprii imperii, & prouinciarum ad id pertinentium: quasi fiat ad defensionem personarum, & rerum. dict. capi. olim. in primo. de restitutione spoliat. l. vt vim. ff. de iustitia & iur. cap. secundo. de homi. l. fur. ff. ad. l. Cornel. de sicariis. l. itaque ff. ad. l. Aquili. l. tertia. titul. octauo. Part. septima. atq; hanc esse iustam belli causam fatentur Thomas & præcitati Doct. qui & idem esse censent, quoties bellum geritur ad vindicandam iniuriam iniurissimè illatam. quorum sententia probatur auctoritate Augustini lib. 6. quaestio. 10. q. super Iosue. iusta, inquit, bella solent diffiniri, quæ vlciscuntur iniurias. ad idem facit, quod scribit post Azonem glo. in. l. nullus. C. de iudæ. asseuerans, etiam priuatum posse iniuriam sibi factam vlcisci propria auctoritate, quoties ei permissum non est, nec suppetit facultas vocandi offensorem ad iudicium, ut per iudicem is cogatur iniuriam compensare, & satisfacere, iniuriam passio. cuius glo. meminere Feli. in dicto. cap. 2. de homici. Panor. in. c. 1. de iudic. num. 33. Alex. & Iason in. l. miles. §. qui iudicati. ff. de re iudi. tametsi in priuato Azo in summa eam opinionem intelligat veram esse, modo vindicta fiat absq; occisione, & percussione offenso-

ris: quod quidem moderamè in principe, qui superiorem non habet, minime procedit. His accedit glossa in capit. ius gentium. prima distinct. cuius ipse mentionem feci in lib. primo Variarum resolutio. capit. primo. ad finem. ex quibus constant duæ causæ iustæ ad bellum indicendum. Etenim bellum iustum vel est defensuum, vel vindicatum, defensuum vero, etiam priuatis licet absque auctoritate superioris, vel principis cum ad defensionem ipsa iuris naturalis lex auctoritatem præstet. dic. l. vt vim. qua ratione hæc defensionis causa maxime iustificat bellum publicum, quodq; publica auctoritate fit: tametsi itidem & absque ea ex legis naturalis auctoritate posset bellum publicum ad defensionem geri. quod satis manifestum est.

Tertia proponitur belli causa, contumacia seu rebellio inique recusantis imperium: cum subditi aduersus principem insurgunt, nec volunt ei obedire, & si fuerint ab illo sæpe admoniti. hæc probatur quia grauis iniuria deo, & principi fit, si eius Imperio subditi resistant. ad Roma. capit. 13. itaque inquit, Paulus, qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit. Sic Dauid rex bellum mouit aduersus Seba filium Bochri, propterea quod populum sollicitauit, vt à Dauiderege ad ipsum deficeret secundo Regum. capitul. vigesimo. vnde &



Augustinus dicit libro. 22. contra
Faustum cap. septuagesimo quar-
to. ait, aduersus violentiam resistē-
tium, siue deo, siue aliquo legiti-
mo imperio iubente, gerēda ipsa
bella suscipiuntur à bonis: cum in
eo rerum humanarum ordine in-
ueniuntur, vbi eos vel iubere ali-
quid tale, vel in talib⁹ obedire iu-
ste ipse ordo constringi. cap. quid
culpatur. 23. quæstione prima. idē
Augustinus quæstio. 10. super Io-
sue. libr. sexto quæstio. inquit, iu-
sta bella solent definiri, quæ vici-
scuntur iniurias. sic gens, vel ciui-
tas plectenda est, quæ vel vindica-
re neglexerit quod à suis improbe
factum est, vel reddere, quod per
iniuriam ablatum est. cap. domi-
nus. 23. quæstione secunda. Hoc ip-
sum constat ex Aristotele libro,
septimo Polit. capi. decimo quar-
to. ad finem. vbi bellum iustum
esse censet, vt in seruitatem redi-
gatur, quos seruire oportet, & vt
his, qui seruitute digni sunt: legiti-
me dominemur. idem Aristoteles
dixerat. i. polit. cap. quinto. ex no-
stris Innocen. communiter rece-
ptus in dict. capit. olim. in a. de re-
stitut. spoliat. hanc esse iustam bel-
li causam opinatur: tametsi existi-
met, potius esse executionem iu-
risdictionis, & punitionem rebel-
lium in hoc casu, quam bellum,
& ideo captos in eo non effici ser-
uos capientium. quod maxime
est obseruandum. Nam & idem
optime adnotauit Ioann. à Terra

Rubea in tractat. cōtra rebelles. 3.
parte. artic. decimo conclus. dect-
matertia. qui hanc tertiam iustam
belli causam etiā tradit ex. l. amif-
sione. §. qui deficiunt. ff. de capit.
diminut. l. si quis ingenuam. §. in
ciuilibus. ff. de captiuis.
Quarta causa huc referri pote-
rit: cum bellum iustissime indici-
tur ad repetendas res, quæ per vio-
lentiā ab hoste detinentur: &
hæc constat ex Augustino in præ-
citat. locis. & secundo Reg. cap.
secundo. vbi Dauid mortuo Sau-
le bellum gessit contra Isboseth
filium Saulis, qui occupare nite-
batur regnum Israel, quod domi-
nus per Samuelē Prophetam tra-
diderat Dauidi. suntq; passim hæc
de re innumera exempla, cū apud
fideles, tum apud ethnicos, qui
bella acriter gessere ad repetendas
proprias res, quas alioqui repetere
absque iure belli minime potuis-
sent. Arma, inquit apud Lucanū
Cæsar, tenenti omnia dat, qui iu-
sta negat. Vnde & hæc causa ad
precedentes pertinet: cum sit vin-
dicatio iniuriæ ex eo illatæ, quod
res propriæ iusto dño detineantur.
Quinta etiam ex ratione iniu-
riæ illatæ traditur iusta belli causa
cum quis alium impedit, ne per a-
liquam prouinciam transeat, etiā
propriam impediētis, modo tran-
situs ille innoxius futurus sit. Ete-
nim licitū est tūc bellū impediētī
mouere. Nam cum transitus inno-
xius, qui iure humanæ societatis,
debetur,

debetur, negatus fuerit, iuste ne-
ganti bellum infertur.
Quam quidē causam probat Hi-
storia sacra numerorū. c. 21. quo in
loco scriptum est, filios Israel pu-
gnasse contra Seon, & Og Reges
Amorrhæorum propterea quod
illis permittere noluerunt transi-
tū innoxium in terram sibi à Deo
promissam. qua dere diuus Augu-
stinus libro quarto, quæstionum
capitu. quadragesimo quarto. su-
per Numeros inquit, Notandum
est sane quemodmodū iusta bel-
la gerebatur. innoxius enim tran-
situs negabatur, qui iure humanæ
societatis æquissimo patere debe-
bat. refertur à Gratiano in capit.
vltim. 23. quæstione secunda. tradit
Ioan. Lupi quinta parte de regno
Nauarræ. §. tertio. Bar. in. l. i. C. de
Paganis. Iason in. l. ex hoc iure. 2.
colu. ff. de iust. & iur. Albertinus
in rub. de hæret. in sexto. quæst. 8.
num. 12. ad has fere causas plures
aliæ reducuntur, quas præcitati do-
ctor. & præsertim doctissimus Al-
fonsus à Castro in dict. lib. secun-
do capit. decimo quarto. diligen-
ter congesse.
Hinc deniq; obseruādū est, quid
de represaliis, vt vulgari dictone
vitar, iure respōdendū sit. Nā sum-
mus Pontifex in. c. i. de iniur. lib.
6. eas nō omnino licitas esse insi-
nuat dū asseuerat à iure naturali,
& diuino aliquantulum disside-
re, prius tamē illud præfari oportet.
apud veteres morem, ac legem

fuisse vetustissimam quidē, qua
sancitū erat in hūc sane modum.
Si quis violēta morte obierit: pro
hoc gētilibus, & cognatis andro-
lepsi sunt, quo ad iudicium sce-
leris, pœnasq; subierint, vel necis
auctores dederint. Androlepsia
vero ad tres vsq;, nec eo amplius
esto. huius legis meminit Demo-
sthenes in oratione aduersus Ari-
stocratē. Qui sensit, Androlepsiā i-
stā lege permissam esse contra eos
apud quos cædes facta fuerat. Ju-
lius vero Pollux eam permissam
fuisse scribit contra eos, qui homi-
cidā profugū susceperint, nec eū
petētibus dederint, nec ad crimi-
nis pœnā, nec ad vindictā, nec ipsi
iuste punierint. vnde moris anti-
quissimi fuit, vt qui homicidiū
perpetrassent, si cū in externā urbē
profugissent, ad pœnā expostula-
ti non dederētur his, ad quos faci-
nus admissum, eiusq; vltio perti-
nebat, vt permitteretur iniuriam
passis pignerādi potestas, quā an-
drolepsia Græci vocant. meminit
huiusce rei Budæus in annotatio-
nibus ad. l. aut facta. §. euentus. ff.
de pœnis. quo i loco scribit, quas
vulgo barbarē dicimus represali-
as, latine dici posse pignerationes:
quæ admodū, & eas appellat sum-
mus Pontifex in. d. c. i. de iniurijs
in. 6. vel Clarigatiōes, vt visum est
Hermolao. Adhūc etenim modū
represalię quotidie permittuntur,
vt si qua ex gente latrones, aut pi-
rate, vel quicūq; alii homicidia, ra-



Secundæ partis relect.

pinas, aliaque scelera perpetraverit, iniuriã damnãve intulerint: nec iniuriã damnãve passi potuerit? obtinere, vindictã, aut iusticiã cõsequi apud eã republicã, cui scelerũ auctores subiiciuntur, & quæ eos susceperit: tũ liceat iniuriam passis pignerationibus vti aduersus illius rei publicæ homines: cuius moris iustitia cõmuni omnium cõsensu deducitur ab auctoritate Augustin. q. 10. super Iosue, quem Gratianus refulit in. d. e. dñs. 23. q. 2. eiusdẽ & nos paulo ante meminimus. is enĩ inquit, sic gẽs, vel ciuitas pleetãda est, quæ vindicare neglexerit, quod a suis improbe factũ est. idẽ regia. l. 4. tit. 7. par. 3. vn de pignerationes istæ licite cõsentur iuxta quorũdã opinionẽ, quã late examinarunt Ancha. Domi. Fran. & Iacobus de Canibus in relectione. C. 1. de iniur. in. 6. Bar. in tract. de represaliis. Bal. & Saly. in Auth. omnino. C. de acti. & obligat. Innoc. in. e. olim. de resti. spo. Iaco. de bello visu in Auth. vt nõ fiant pignerationes. Sylue. ver. represaliã, quorũ rationib9 late per pẽsis, præfertin his, quæ latius ceteris Iacobus de Canibus tradit, ego cõseco, non aliter represalias licitas fore quã eo modo, quo bellũ licitũ iure naturali, & diuino, atq; humano cõseset. Nã a iustitia belli ad represaliarũ ius argumẽtant fere omnes, & maxime dũ auctoritate Diui Augustini vtũtur. vnde omnino requirit auctoritas ei9 prin

cipis, qui bellũ indicere potest: & præterea causa illa, quæ scẽdũ Augustinũ iustũ bellũ efficere solet: nẽpe quod illa respublica, aduersus quã indicũtur pignerationes istę, neglexerit vindicare, quod a suis improbe factũ fuerit.

Hinc, ni fallor, manifestum est, quod pleriq; hæc quẽstionẽ disputãtes probare conãtur. nẽpe represalias istas, seu clarigationes nõ esse licitas, quo ad offensionẽ personarũ innocẽtũ, & qui nullam culpam dani illati cõtraxerũt. quasi permissum sit, aliũ pro culpa alterius puniri in rebus: nõ tũ in personis: quod alibi a nobis disputãtũ est. etenim cũ istæ pignerationes ad similitudinẽ iusti belli ex Augustino permittãtur: sicuti in bello iusto nõ licet principali intentione, et opere innocẽtes occidere: feminas in quã nec infantes: licet tamẽ per accidẽs: scilicet cũ aliquod oppidũ machinis, ignib9, et tormẽtis cõcutit: id siquidẽ natura belli dicitur: cũ aliter geri non possit: sic in his clarigationib9 publica, & iustitãdiã auctoritate nõ licet principali intentione personas innocẽtũ offendere eos occidẽdo aut percutiẽdo: quis liceat bona eorũ capere: permittit tũ conditio rei, quod ex accidẽti occidãtur & percutiãtur innocẽtes: siquidem aliter pignerationes legitime indictæ nõ possunt per milites exerceri, nec per eos qui ius publicũ pignera di habent: qã innocẽtes se & sua defendunt

§. Nonus.

dunt: vel ciuitas, quæ causa pignorationis impetitur, aliter capi non potest. hanc sane opinor esse huius cõtrouersie breuem resolutionem: cetera possunt a præcitatibus auctoribus longius peti.

Ceterũ non est huc præmittendũ, an Imperator Christianorũ, iure valeat bellũ indicere infidelibus, ex eo quod eidem totius orbis domino, & omnium in profanis, & temporalibus principi, parere recusant: obediẽtiam, quã ei præstare, & exhibere tenent, perfide negãtes: vel ex eo quod infideles idõla colant, aut cõtra legem naturæ multa scelera cõmittãt, vel religioni Christianæ aduersentur: cuius quæstionis examini prænotãda est vera, ni fallor, etiãsi maxime sit cõtrouersa, cõclusio.

Imperator vt cunq; sit legitime electus, & per summũ Põtificem cõfirmationis corona insignitus, nec quo ad dominium, nec quo ad iurisdictionem, aut protectionem, totius orbis domin9 est: sed eius tantum partis, quæ Romano subdita fuit imperio. probatur hæc conclusio ipsius iuris humani, ac Cæsarei responsis. primo in. l. mercatores. C. de commerc. & mercator. dum inquit Cæsar, tam imperio nostro, quam Persarum Regi subiectos. quo in loca fatetur imperator, Regẽ Persarum nõ esse subditum Romano imperatori, & habere eum sibi subiectos homines, qui imperio Romano

minime subiecti forent. ad idẽm. l. secũda. C. de vet. iure cunctan. l. prima. C. de off. præf. præf. Afri. & in. l. postliminium. in princip. ff. de captiuis. ibi inter nos, & omnes liberos populos, regesq; moribus, & legibus constitutum. vbi mentio fit populorum, qui liberi essent ab imperio Romano. liberi autem hi dicuntur, qui nullius alterius potestati subiecti sunt: atq; ita in ea specie populus liber is dicitur, qui subditus non est Romanæ ditioni. l. nõ dubito. ff. de capti. & postlimin. reuers. vt hinc manifeste pateat error eorum, quididẽta iuriscõsultorum responsa ad factum, non ad ius retulere: quasi voluerint iuriscõsulti libertatem illam persarum a Romano imperio iniustissimam fuisse, & de facto Potius quam de iure obtinuisse. Nam legillatores nunquã de facto, sed de iure respõdere cõsueuerũt. l. mora. in prin. de vsur. glo. in. c. cõsultationi. de tẽpo. ordinat. nec licet profecto ita temerarie legum verba interpretari, vt ea ad vim, & iniuriã potius quã ad ius referantur. vnde responsio nem istam, & doctorum interpretationem, opinor satis futilem, & leuem esse.

Secundõ probatur eadem conclusio in. l. 1. C. de summa Trinit. l. omnibus. ff. ad Trebell. l. vltim. C. de ædif. priua. quibus in locis quoties mentio fit imperatoris, & Romanæ iurisdictionis, relatio



dirigitur & tendit in eos, qui sub Romano imperio sunt. Quasi expressim inibi concessum sit, esse in orbe innumeras nationes, quæ libere sint à Romanorum, & Cæsarium imperio, & iurisdictione, protectione vè.

Tertio, vt alia omittam, paucis enim huius conclusionis veritas constat, licet longe, lateque fuerit à quibusdam disputata, multis ad hanc controuersiam adductis. quæ vel parum vrgeant, vel falsa sint, perstringam fortius huius assertionis probationem. Etenim si imperator quo ad iurisdictionem dominus est totius, & vniuersi orbis: id non alia ratione contingit, quam quod hæc potestas à natura ipsa, vel lege diuina, aut humana, vel à Christi vicario, maximoque pontifice tradita fuerit. nullum autem ius ex his, Cæsari, aut imperatori vniuersi orbis iurisdictionem tribuit: igitur imperator non est totius orbis dominus. Consequens satis euidenter constat. Maior verò patet: quia principibus non potest alio iure competere in inferiores imperium, quam aliquo ex superius nominatis. Nec enim hic de populorum consensu tractamus: cum deo minime appareat, nec natura ipsa possit ab vniuersi orbis populis præstari: & præterea quia res est satis nota absque vlla probatione, quod populus liber pos-

sit principem sibi eligere, & constituere, cui se ipsum submittat. minor vero probationis & collectionis pars sequentibus instruitur.

Natura siquidem ipsa institutum non est, quod vniuersus orbis vni principi subditus sit. quod à rei difficultate deducitur. auctor enim est Aristoteles lib. septimo Politico. capi. quarto. difficile esse & fieri nõ posse, vt præclaris legibus regatur nimium celebris ciuitas. numerus, inquit, immensus, nec descriptione vlla: nec ordine cõtineri põt. Quod si ciuitatẽ ciuium multitudine frequentem existimat Aristoteli difficilime administrari posse naturali ratione: multo profecto difficilius vniuersus orbis ab vno rectore, & principe regi poterit.

Præterea si à natura institutum foret, vniuersi orbis vnum esse principem, aliquando ab initio mundi ab vno principe fuisset vniuersus orbis rectus, & administratus. quod nunquam contigit. id etenim quod à natura institutum est in re præsertim adeo frequenti, etiam si quandoque ex hominum malitia, & hominum vitio infringatur, & violetur, alibi tamen. & quandoque sicut lumine naturali cognitum est, ita & eadem lege seruatum extat.

Ad idẽ facit insignis Diui Hieronymi locus, qui solet ad probationem contrariæ opinionis induci,

ex

ex epistola ad Rusticũ monachũ de viuendi forma. cap. in apibus. 7. q. 1. & est locus is primo epistolarũ Tomo. in hæc verba. in apibus princeps vnus est: & Grues vnã sequuntur ordine literato. imperator vnus: iudex vnus provinciæ. Sic etenim legitur apud Gratianum. At apud ipsum Hieronymum ita scriptum est. in apibus principes sunt. Grues vnã sequuntur ordine literato. & c. Nã etsi naturæ consonum sit, quod cuiuslibet familiæ, & cuiuslibet reipublicæ vnũ caput constituatur, sitq; vnus rector: non tamen ita conuenit rationi naturali, quod omnium familiarum, omnium ciuitatum, & rerum publicarũ vnus sit princeps. Nec enim omnium apum vnus, & idem est rex, nec omnes mundi grues vnã sequuntur. vnde palam est diui Hieronymi locum huic opinioni, quã probamus, omnino suffragari. & temere pro contraria parte adduci. His accedit quod si naturali iure totius vniuersi orbis vnus esset princeps, huic tenerentur omnes lege naturæ subesse, & obedire: nec posset quisquam ab eius imperio liber esse vlla temporis etiã longissimi præscriptione, nec vlla ex alia causa, quæ ab ipso iure naturali non procederet, & quæ ipsi iuri naturali derogaret: cum iura naturalia immutabilia sint. Et tamẽ sunt in orbe principes, qui imperatori, & Cæsari vt cũq; maximo

nõ submittant: imo iustissime ab eo immunes, & liberi sunt: quod statim probabitur: ergo iure naturali, & ab ipsa natura non est imperatori concessa totius orbis iurisdictione. nec conueniens foret, vt eam vnus princeps haberet ob difficilissimam reipublicæ administrationem.

Ex diuino iure plura testimonia ab his, qui tenuerunt contrariam sententiã, citantur, quibus minimè probatur ea opinio. & primo dũ Lucæ. 22. scriptũ est. ecce duo gladii hic. inibi etenim nõ significatur, quod vnus princeps, & sic imperator, sit à deo vniuerso orbi in tẽporalibus cõstitutus: sed quod sint duę potestates in orbe vna spiritalis, altera tẽporalis. sicuti & Genes. 1. fecit deus duo luminaria magna luminare maius, & luminare minus. quem locum Romanus Pontifex in capitulo, solitæ. de maiorit. & obed. rem istam pertractans ita interpretatur, vt eam dei institutionem referat ad duas dignitates pontificalem quidem, & regalem: id est spiritualem potestatem, & temporalem. quod satis ibidem exponitur. Nec temporalem potestatem expressit Pontifex sub nomine imperatoris, sed Regis: non quod sit æqualis potestas regia potestati imperatoris: nã imperator dignitate regẽ præcellit: sed quia & rex potest habere eandẽ tẽporalẽ potestatem, sicut imperator. idẽ probat

I v Roma-



Romanus pontifex elegãter, dum in eodem capite scribit, imperatorem potestatem temporalem, & præcellentem habere, ac in ea præcellere illos duntaxat, qui ab eo suscipiunt temporalia. igitur est Pontificis summi auctoritas, quæ probat, imperatorem non esse totius, & vniuersi orbis monarcham.

Secundo adducitur ex lege diuina locus ca. 2. Lucæ. Exiit, inquit, edictum à Cæsare Augusto, vt describeretur vniuersus orbis. à quo conantur colligere partis contrariæ defensores, Cæsarem Augustum lege diuina habuisse principatum in vniuersum orbem. sed quãtum valeat isthæc collectio ipsi viderint. ego vero non arbitror inibi probari eorum sententiam. Quia euangelista historiam refert verissimam quidem, & quod eo anno contigit, enarrauit: non tamẽ refert dñum redemptorẽ Humanis generis Iesum Christum edictum illud auctoritate diuina stabilisse. Præsertim quod etsi edictum illud diuina auctoritate probaretur, non exiit in vniuersum orbem, quemadmodum falso argumentantur quidam: sed in vniuersum orbem Romanum: & in eam orbis partem, quæ Romano imperio suberat. siquidem certissimum est edictum illud in Persas, Parthos, & Indos minimẽ exisse: cum hi tunc dictionis Romanæ non forent. Eadem ratione interpretatio constat ad le-

gẽ, deprecatio. ff. ad .l. Rhodi. de iact. l. bene à Zenone .C. de quadri. prescrip. & ad alias mille iuriconsultorum, & legum latorum auctoritates, si quæ sunt, quibus palam scriptum sit, imperatorẽ, dominum mundi esse. Nam id intelligendum est, quo ad eam mundi partem, quæ Romano imperio suberat. Neq; enim diuus Antoninus, cuius epistola à iurifconsulto refertur in dict. lege. deprecatio. cũ asseruit, & professus est, se esse mundi dominum, de vniuerso orbe intellexit: quatenus is Indos, Parthos, & Persas, Tartaros, aliasq; tunc incognitas ad occidentem, & meridiem gentes, & prouincias continebat. mera quidem insania est hunc sensum Imperatoris responso aptare, qui ab eo omnino alienus est: sed de ea parte mundi intellexit, quæ eius imperio subdita erat. sic & orbis Romanus apud Marcellinum libro .16. & Spartianum, ac Lampridiũ dicitur ea mundi pars, quæ ad Romanam ditionem pertinet: atq; ita probari, & legendum fore apud iurifconsultum in. leg. in orbe Romano. ff. de stat. homi. cõtendit Andre. Alciat. lib. 2. dispunctio. cap. 21. Sic & illud Danielis cap. 2. ad Nabucdonosor. Tu rex regum es, & deus cœli regnum, & fortitudinem, & imperium, & gloriam dedit tibi: & oia in quibus habitant filii hominum, & bestiarum agri, volucres quoq; cœli, dedit in manu tua,

tua, et sub ditione tua vniuersa cõstituit. non sunt referenda ad vniuersi orbis principatũ, nec imperiũ: sed ad reges principes, & prouincias, quæ Chaldaeorum imperio parebãt. Nã reliquæ mundi gẽtes, & prouinciæ minimẽ suberat imperio Nabucdonosor secundũ Nicolai Lyranet doctissimorum, ac catholicorum virorum interpretationẽ.

Tertio e iure diuino proferuntur ad cõstituendã vniuersi orbis iurisdictionẽ in ipso imperatore testimonia plura, quibus videtur, Iesum Christum Romanorum, & Cæsarium imperiũ veluti iustissimũ probasse: qualia sunt, quæ sũt Cæsaris, reddite Cæsari. Lucæ. 20. Matthæi 22. Marci. 12. & illud. Nõ haberes potestatem aduersũ me vllã, nisi tibi datũ esset desuper. Ioan. cap. 19. verũ hæc duo loca præterquã quod penitiorẽ sensum habent, ad quaestione istam vniuersi orbis, eiusq; iurisdictionis Cæsari conueniẽtis parum vrgent. Nam dum Iesus humani generis redẽptor censum iussit reddi Cæsari, sub persona, & nomine Cæsaris, quẽlibet iustum principẽ, & reipublicæ rectorem intellexit, cui tributũ, & censum dari censuit, ac præcepit, vt rẽ principi debitã in mercedem, & stipẽdium laboris per principem impensi circa cõmunitatis, & reipublicæ administrationẽ: quemadmodum explicat Diuus Paulus ad Roma. cap. 13. nõ tamen ex hoc Christus approbavit, iustũ esse

definiuit imperiũ Cæsaris, qui forsã tyrãnide potius quã iure rem publicam occupauerat. sed tandẽ vt cunq; sit, etiã si cõstituamus Romanorum imperiũ iustissimũ fuisse, ac deum ob eorum egregias virtutes permisisse in mercedem temporalem imperium illud augeri: quod probare nituntur Diuus Augustinus de ciuit. lib. 5. cap. 12. & 15. diuus Thomas lib. 3. de regim. princip. latissime Anto. de Rosellis in tractat. de conciliis folio. 96. non inde apparet iusta fuisse Cæsarium imperia: quorum plures ita per iniuriam, & tyrannidem rem publicam sunt adepti, vt nihil vnquam iniurius, & iniquius excogitari poterit. Quod si & illud fateri quisquam velit non tantum Romanæ reipublicæ imperium iustissimum fuisse, sed & Cæsarium principatum non tyrãnide, sed iure obtinuisse: profecto apparet, nec populũ Romanũ nec Cæsarem, vniuersi orbis imperiũ, & iurisdictionem habuisse: nec enim Populus Romanus habuit imperium in Indos, nec in eas nationes, quæ nunc ad occidentem & meridiem à nostris sunt maximis laboribus, deo duce in christianæ religionis cognitionẽ deductæ. quo fit, vt etiã si cõcedam Iesum Christum, Romanorum, & Cæsaris imperiũ probasse, ac iustissimũ esse definisse, ea quidem probatio ad ea pertinet, quæ tunc Romanorum principes obtinebant: non quidẽ ad

ad alia, quæ nec iustis, titulis, nec
ylla occupatione adquisierat: alic
naq; à Romano principe omni-
no erant.

Alter autē locus Ioan. 19. quam-
uis in hūc sensum accipiendus sit,
illud quidē dicitur, principū pote-
statē à deo deriuari, & ab ipsa di-
uina maiestate principibus conce-
di, Prouerbiorū cap. 8. per me Re-
ges regnant. Et ad Roma. ca. 13. nō
est potestas nisi à deo. non tamen
inde constat, à deo vnus princi-
pis imperio totum orbem subdi-
tum fuisse. ecce igitur quam parū
conducant diuinarū scripturarū
testimonia ad probationem
eius opinionis, quæ asseuerat, im-
peratorem totius, & vniuersū or-
bis dñum esse, inq; vniuersū orbē
imperii, & iurisdictionē habere.

Quarto, ratione quadam à iure
diuino in fauorem contrariæ con-
clusionis ita quidam argumētan-
tur, in hunc sane modum. iure di-
uino vtraq; potestas spiritalis, &
temporalis instituta est: potestas
vero spiritalis quo ad totum, &
vniuersum orbem lege diuina ab
ipso saluatore vni tantum com-
missa est: ergo & temporalis eō-
dem iure vni principi est delega-
ta. Hæc vero argumentatio maxi-
me peccat: cum dispar sit vtriusq;
potestatis ius quantum ad hoc: si
quidem tota, & suprema pote-
stas ecclesiastica atq; spiritalis
non est immediate in tota repu-
blica Christiana: sed data est à deo

immediate cuidam certæ personæ
nempe Petro, & eius successori-
bus, qui primatū obtinent in ec-
clesiastica republica: & quibus
immediate à Christo potestas iu-
risdictionis data est supra totam
ipsam rempublicam christianā:
quod latissime probarunt Cardi.
à Turre Cremat. lib. 2. de ecclesia
cap. 54. cū sequentibus. Caieta. in
opusculo deprimat. Romanæ ec-
cles. aliq; viri Catholici, & doctis-
simi, qui hac ætate de primatu Pe-
tri scripserunt, præsertim Ioannes
Echius lib. de primat. Petri. &
Albertus Pighius lib. tertio & 4.
de eccles. Hierar. patet hoc ipsum
Ioan. vltimo. pasce oues meas. Nā
quod refertur à Gratiano in capi.
in nouo. 21. dist. ex Anacleto Epi-
stola. 2. ad episcopos Italia. Apo-
stolos scilicet parem cum Petro à
Christo honorem, & potestatem
in vniuersum orbē accepisse: eorū-
que Petrum sibi principē elegisse:
minime his refragatur: etenim iu-
xta catholicorū virorū auctorida-
tes, & cōmunē omnium traditionē,
Apostoli parē ab ipso domino Ie-
su cū Petro potestatem ordinis, &
iurisdictionis acceperūt, ita quidē,
vt quilibet Apostolorū æqualem
cū Petro habuerit potestatem ab ipso
deo in totū orbē, & ad omnes actus
quos Petrus agere poterat. Ioan. 20.
accipite spiritū sanctū. quorum
remiseritis peccata, remittatur eis:
quorum retinueritis, retenta erūt,
& cap. 18. apud Matthæū. quæcūq;
ligauer-

ligaueritis super terrā, ligata erūt
& in cœlis, vnde Apostoli à Chri-
sto Iesu potestatem dimittendi pec-
cata, & iurisdictionē ad discernē-
das iudiciarias causas acceperunt.
sed tamē eā potestatem habuerūt Pe-
tro, vt eorū capiti sub ordinatā, &
subiectā. Petrus autē ab ipso deo
habuit supremā illā potestatem, &
præcellētē supra oēs alios Apo-
stolos, tanq̄ corū princeps ab eis in-
stitutiōe, & iussu dei electus, quæ
quidē præcellēs potestas super oēs
alios Apostolos nulli alteri Apo-
stolorū data fuit, & ideo eorū po-
testas in hunc sensum à Petro deri-
uatur: licet à Christo fuerit eis da-
ta. sic deniq; est intelligēda Anacle-
ti respōsio quemadmodū præcita-
ti Doc. frequentiori suffragio adno-
tarunt: & Io. Maior. in. 4. sent. dist.
24. q. 3. Ioan. Lupi de reg. Naua. 2.
parte. §. 3. Selua. de benef. 1. parte. q.
4. ex quibus apparet potestatem à
Christo Iesu quo ad spiritalia da-
tā fuisse Petro, vt principi, & ceteris
Apostolis, immediate quidem
sed tamē subordinatā dispositio-
ni Petri apostolorū principis: atq;
ita aliorū Apostolorū potestatem
hac ex parte dici deriuatā fuisse à
Petro eoq; mediatore datā à Chri-
sto Iesu. sic inquit Anacletus. cap.
sacrosancta. 22. distin. inter beatos
apostolos quædā fuit discretio po-
testatis: & licet oēs essent Apo-
stoli, Petro tamē à dño cōcessum est,
& ipsi inter se voluerūt id ipsum,
vt reliquis omnibus præset Apo-

stolis: ad idē tex in ca. loquitur. 24
q. 1. et ca. dñs. 19. dist. Nec vere dici
potest, hanc potestatem spiritalē pe-
nes totā christianā Rēpublicā esse
immediate. quod manifestū est ea
ratiōe: q̄a cū hæc potestas superna-
turalis sit, tēdatq; i finē supernatu-
ralē, nō potest ab humana republi-
ca, nec ab humanis viribus deriuari:
sed oportet fateri, eā à deo datā
lege diuina Petro et apostolis sicut
et ex euāgelistarū testimoniis con-
stat. At tēporalis potestas tota, &
suprema penes ipsā rēpublicā est.
idecirco is erit summus princeps tē-
poralis, omnibusq; superior toto
in orbe, quē ipsa rēpublica totius
orbis elegerit, et cōstituerit. Quod
discrimē inter Christianā spiritua-
lē potestatem, & tēporalē exponit
optime Caiet. cap. 1. tract. 2. de po-
test. Papæ, & Cōcilii. & 2. q. 1. ar.
10. Huic autē potestati tēporali,
quæ circa totū ipsum orbē apud
totius orbis rēpublicā extat à na-
tura ipsa, dñs Iesus nullū principē
diuina lege præfecit, sed tantū signi-
ficauit esse in orbe tēporalē pote-
statē distinctā ab spiritali. Hac igitur
ratione probat, iure diuino nō
esse Cæsare, nec Imperatōrē vni-
uerso orbi præfectū ab ipso deo.
Alioq; si quis cōtēdat ab ipso deo le-
ge diuina cōmissam esse totius or-
bis tēporalē iurisdictionē impera-
tori, eō modo, quo est spiritalis
cōmissa Papæ: is planē necessario fa-
tebitur, nec vllō temporis spacio,
nec consensu, & pacto cum ipso
Cæsare

Cæsare inito, nec vlllo priuilegio, alia ve causa quenquam posse eximi à iurisdictione imperatoris: sicut nec potest eximi à iurisdictione summi Põtificis, quod falsum esse, manifesti iuris est, & paulo post tradetur. ergo satis ex prænotatis deducitur, summam vniuersi orbis iurisdictionem, & potestatem nec iure naturali, nec diuino Imperatori datam esse.

Iure autem humano palam est, non posse quæstionem istam diffiniri, siquidem iure humano nõ aliter potest dari totius orbis iurisdictione, aut potestas vni principi, & sic imperatori, quam si totius orbis respublica in eum vt principem, & rectorem consenserit. Nã quod leges humanæ diffinierint, imperatorem vniuersi orbis principem esse, etsi in hunc sensum accipiantur, vel sunt declarationes iuris naturalis, & diuini, de quibus iam satis disputatum est, nullam huic controuersie diffinitionem dedisse: cum ex eis non appareat, imperatorem totius orbis imperium, & iurisdictionem habere. idcirco leges humanæ seculares possent in hoc errare. missam enim facio ecclesie auctoritatẽ: nam eius nulla extat hac de re declaratio: nec id vnquam ecclesia diffiniuit. vel sunt inquam, Cæsareq; leges non quidem declarationem tractantes, sed statuentes, totius & vniuersi orbis principatum, iurisdictionem, & protectionem

ad Cæsarem pertinere: & tunc profecto parum hæ leges auctoritatis haberent penes eos, qui existimant se liberos esse à Cæsarium imperio. qua obsecro ratione poterit Hispaniarum lex statuere qd futurus sit Gallorũ rex? lex enim nullam vim habet in eos, qui legillatoris imperio subditi non sunt, lege. de quibus. ff. de legib. capitulo. secundo. de constitu. in 6. leg. vltima. ff. de iur. omnũ. iud. sic deniq; Romanorum lex nõ potest æquo iure sancire, totius & vniuersi orbis imperium ad Cæsarem pertinere: cum ipsa Romanorum respublica non habeat iurisdictionem in totum orbem, & ideo nec habet auctoritatem ferendi leges in eas gentes, quæ imperio Romano adhuc subditæ non sunt. quam ob rem necessariũ est, aliudẽ quam ex lege humana probare, imperatorem totius mundi dominũ esse, & in eum iurisdictionem habere.

Vltimo, qui probare conantur imperatorem in totum orbem iurisdictionem, & imperium habere, id ab autoritate Romani pontificis deducere tentant, asseuerantes, Romanum pontificem habentem spiritualem, & temporalem iurisdictionem in vniuersum orbem, temporalem in imperatorem transtulisse. Et ideo ex translatione Romani Pontificis Cæsar habet in vniuersum orbem iurisdictionem temporalem.

poralem. Quantum hæc ratio valeat viderint, qui ei plurimum innituntur. ego sane etsi videam maxime controuersum esse, an Romanus pontifex habeat temporalem iurisdictionem, opinor tamen, vtcunq; sit, Romanum Pontificem habere iurisdictionem in eos, qui Christianam religionem fuerint professi, & ex eo sub ecclesia catholica contineantur, cui quidem ecclesie ab ipso deo præfectus constituitur Romanus Pontifex, quippe qui eius vicarius sit. in eos vero, qui nondum catholicam fidem per baptismum suscepere, ius habet summus Pontifex prædicandi legem euangelicam: non tamen iurisdictionem nec spiritualem, nec temporalem: nisi ea ex parte, quæ earũ vsus necessarius sit, ne christianæ religioni iniuria ab infidelibus fiat. de his etenim, qui foris sunt, nihil ad nos. pri. ad Corinthi. cap. 5. capit. omnis Christianus. ii. q. 3. capitulo, multi. 2. quæstione, pri. capitulo. Gaudemus. de diuortio. capitulo. i. de homici. in. 6. traditur in capitulo. i. de const. ergo summus Pontifex non potest in imperatorem transferre aliam in vniuersum orbem temporalem iurisdictionem, quam ipse habeat. Præsertim quod omnino certum nõ est, summum Pontificem temporalem iurisdictionem habere in habitu, nec actu eo modo, quo temporalis potestas ab spirituali di-

stincta est, & regibus, ac principibus etiam iure diuino competit. Qua de re tractat eleganter Ioan. à Turre Cremata libro. 2. de ecclesia. Capitulo. iii. cum. 4. sequentibus, ex cuius disputatione vera constat huiusce quæstionis resolutio, vt salua semper ecclesie catholice definitione, constituamus, Romanum pontificem nec actu, nec habitu vniuersi orbis, nec in ipsos quidem Christianos temporalem iurisdictionem habere, nisi quatenus ea necessaria sit ad spiritualis iurisdictionis, & potestatis, vtiliorem, & faciliorem vsum. in hanc vero resolutionem tendunt quæ diligentissime tradit præceptor meus ornatissimus Martinus Azpilcueta in cap. nouit. de iudic. notab. 3. a frequentiori doctorum opinione discedes. Hæc quidem conclusio probatur ex autoritatibus, & rationibus, quæ ad hanc disputationem vtrinq; adduci solent. vnde aliquot inferuntur.

Primum, an verum sit quod frequentiori nostratum calculo probatum est: nempe summum Pontificem etiam temporalem in toto Christiano orbe iurisdictionem, & potestatem immediate à deo sibi commissam habere, habitu quidem: cū eius vsum, & exercitiũ in Imperatore transtulerit. quã sententiã tenuerunt glo. in ca. Nouit. de iudic. & in ca. causã que. in. 2. q. filii sint legit. quas vbiq; Doc. sequunt: & præsertim Alex. in ca. qm. 10. dist. & in cap.

in cap. cū ad verū . 96. dist. Oldra. conf. 81. Florent. 3. part. tit. 26. capi. 14. §. 17. Ancha. in cap. 1. de constit. 3. col. in repet. Ioan. Lupi in tract. de regno Naua. 2. part. §. 6. Bart. in l. 1. §. 1. ff. de requir. reis. dicens contrariam opinionem esse hæreticā: omnium latissimè Aluarus Pelagius lib. 1. de planctu eccles. artic. 37. Albert. Pighius in lib. 5. de eccles. Hierarchia. Jacobatius in lib. 10. de concilio. artic. 8. AEGidius à Bellamera in cap. solita. num. 10. de maio. & obed. & in dict. cap. nouit. num. 9. & sequentibus. Augustinus de Anchona de potest. eccles. q. 36. art. 1. & sequentibus. ac rursus. q. 39. arti. 1. quam itidem opinionem probabilem esse apparet ex his, quæ tradit Iacobus Almain in tract. de potest. ecclesiast. & secul. parte. 1. vbi cap. 9. plura pro hac parte adducit: & esse opinionem istam communem canonistarum fatetur Deti. in dict. ca. Nouit. de iudic. Abb. in ca. si duobus. de appellat. §. deniq. & Castaldus in tracta. de imperat. q. 50. hæc etenim sententia vera est in hunc sensum, vt Papa vere habeat potestatem temporalem, etiam supra ipsum imperatorem quatenus ea utilis, & necessaria sit ad ecclesie catholice regimen, & spiritualis potestatis vsus: non quidè aliter. Quam ob rem hæc potestas potius erit spiritualis, quam temporalis. sic sane sunt intelligendi text. in cap. 1. de homi. in. 6. & in capit.

per venerabilem . qui filii sint legit. & alii, plures, quibus probatur, summum Pontificem posse quandoq; exercere temporalem iurisdictionem. id etenim procedit quoties eius vsus utilis, & necessarius est ad quietem ecclesie, & spiritualem iurisdictionem: ac tunc adhuc Papa spirituali potestate vtitur. Non me latet, hunc sensum alienū esse à plerisq;, qui in fauorem Romani pōtificis præcitata opinionem probare conati sunt: sed tamen eum referendum esse censui ad hunc finem, vt eorum sententia defendi aliquo pacto valeat.

Secundo ex his constat qualiter sit accipiendum quod post alios maximo conatu defendere conatur Antoni. de Rosellis in tracta. de potest. Pap. & imperat. in prin. scribens, papam nullam habere ex summi pontificatus officio iurisdictionē temporale, nec actu, nec habitu, nec eam in imperatorem transtulisse: sed eā penes ipsū Casarem esse: vt distinctā à potestate spirituali: nam & idem late tradit Almain. in dict. tract. de potest. eccles. & laica. est etenim id intelligendum ita quidem, vt potestas temporalis sit. distincta ab spirituali penes ipsum imperatorem, & principes seculares, habita deniq; ab ipso deo, reipublice electione, & consensu populorum intercedētibus, & mediatoribus: quæ tamen quo ad spiritualis potestatis

testatis vsus, & regimen, atq; ad ministratiōē subdita est Romano Pontifici: qui & ea quandoq; vti potest: tunc scilicet cum Christianæ reipublice id fuerit conueniens: quemadmodum probatur in dict. cap. Nouit. & in dict. cap. causam quæ, & aliis plerisq; iuris Canonici locis, quibus expressim cautum est, has iurisdictiones distinctas esse regulariter.

Tertio hinc colligitur verus sensus cōstitutionis. vnam sanctam. inter extrauagan. communes. tit. de maio. & obed. qua Romanus Pontifex profitetur, vtrunq; gladium, vtrunq; potestatem spiritualem scilicet, & temporalem esse penes Romanum Pontificem: ac Petro à Christo datam fuisse. id profecto eam interpretationem habet, vt vtraq; potestas sit in ecclesia: vterq; gladius sit datus Petro, & Romanis Pontificibus in hunc finem, quod temporalis existens penes seculares principes spirituali ministret, subseruiat, subordinetur, & subditus sit. vnde inibi inquit Papa, temporalem gladium per principes, & Reges exercendum est pro ecclesia. Nec tamen ex hoc necessario infertur, Romanum pontificem à Deo habuisse potestatem temporalem eo modo, quo à seculari principe exercetur: sed vere eam habuit Papa à Christo Iesu vt subditam, & subordinatam potestati spirituali: vtq; ea possit vti quo

ties necessaria sit, aut utilis spiritualis iurisdictionis exercitio.

Quarto plane inde colligitur, nimis audacter Bart. in dicta lege prima. §. 1. ff. de requir. reis. dixisse contrariam opinionem communi sententiæ hæreticam esse. hoc etenim falsum est. nec enim Bartolus videtur recte intellexisse quid sit hæresis dum ita prope viros doctissimos hac nota dignos esse censuit. sic & Anton. à Rosellis in dict. tract. de potest. pap. & Imperator. folio 8. §. Ne prolixius. itidē errauit scribēs, Hæreticū esse asserere Romanū Pontificē temporalem potestatem à deo habuisse, & habere, eamq; imperatori tradere. Modestius enim fecissent hi doctores, si hæresis nomē & notam ecclesie diffinitioni relinquerent. siquidem etsi opinio communis falsa censeri possit, hæretica tamen dici donec ab ecclesia contrarium fuerit diffinitum absq; temeritatis nota minimè valet. sic & Ioan. Lignianus, quem Bellamera refert in dict. cap. Nouit. num. 18. existimans ab ecclesia communem sententiā probatam, & diffinitione explicitā fuisse, censet, contrariam opinionē hæreticam esse. idē inibi probat ipse AEGidius à Bellamera. vterq; tamē fallitur cum Barto. Hactenus etenim nihil certum in hac cōtrouersia ecclesia catholica definiuit: proptereaq; disputationi locus est, absq; vlla hæreseos suspicione.

K quod



quod & in hac specie tradit Marti. ab Azpilcueta in dict. capitulo. Nouit. 3. notab. pagina. 86. sed & aduersus communem tenuerunt in distincte glo. in capitulo. quoniam. 10. dist. Antoni. à Rosellis in dict. tracta. Cardi. in dicto capitulo. nouit. Bald. in rub. ff. 2. columna. Alberi. in lege. cunctos populos. numero. 19. C. de sum. trinit. & in lege, bene à Zenone. num. 16. C. de quadri. prescrip. Almain in tracta. de potesta. ecclesi. Ioan. Maior in quart. sent. dist. 24. q. 3.

His tandem, ni fallor, probatur conclusio, qua constanter asserimus, imperatorem non esse totius mundi dominum etiam quo ad iurisdictionem, & protectionem. cuius sententia, auctores fuerunt Card. à Turre cremat. in dicto. cap. in apibus. columna. 1. & 2. Petrus & Ioan. Faber in lege. pri. C. de summa trinit. & in dicta. l. bene à Zenone. Alberi. nume. 15. & Fulgosi. in dicta. lege. 1. Odra. Conf. 69. Ioan. Igneus in quaestione, an rex Francie recognoscat Imperatorem. late Chassane. in catalogo Glori. mundi. 5. parte considerat. 28. Alciat. in dict. l. 1. quorum opinio verior est: tametsi contrariam tenuerunt, glo. in dict. l. bene à Zenone. & in cap. per venerabilem. qui filii sint legit. & in ca. venerabilem. de elect. & ubiq. Doc. communiter eandem opinionem sequantur: quorum Ioan. Igne. & Chassane. meminere. est etenim

houp K

apud Canonistas, & iuris ciuilibus professores hæc receptissima sententia, quam etiam Bart. tenet. in l. 1. §. per hanc. ff. de rei vend. in. l. hostes. col. 2. ff. de capti. in procemio. ff. in extrauaganti ad reprimendam. verb. totius orbis. & alibi sæpissimè: maximè idem Barto. Paul. Bal. & Saly. in dict. l. 1. & ibi Iason. C. de summa. trinit. Et Castaldus in tract. de imperat. q. 52. ubi ex pluribus hanc esse communem opinionem fatetur.

Hinc infertur grauerè errare Bart. in dict. l. hostes. num. 7. dum is censet hereticum fortassis esse, asseuerare imperatorem non esse totius mundi dominum. etenim vt paulo ante dicebam, parum aduertit Bart. quid sit hæresis, quæ ue sit hæretica assertio. cum etsi falsa sit conclusio, quæ dicitur, imperatorem etiam quo ad protectionem non esse totius mundi dominum, quod negamus, hæretica certe non est: siquidem nec est contraria manifeste catholice fidei, nec definitioni Sanctæ matris Ecclesiæ. quod idem fere significat.

Item & ex his deducitur intellectus eorum, quæ Barto. scribit in dict. §. per hanc. & in dict. verbo. totius orbis. quibus in locis Bart. censet, imperatorem vere esse totius mundi dominum, & proprie quo ad verum dominum, non tantum quo ad protectionem, & iurisdictionem. sunt quidem distinguenda tria dñia, quorum quodlibet ab altero differt. dñium

dñium iurisdictionis: dñium locorum pertinentium ad vniuersitatem iure vniuersitatis: dñium particulare, quod pertinet priuatis personis. dñium iurisdictionis, & protectionis, personæ eam iurisdictionem habenti coheret. sic q. habens iurisdictionem in prouinciam, dominus illius prouinciæ est. dñium locorum pertinentium ad vniuersitatem, est dñium ipsius vniuersitatis, quod potest contingere absq. iurisdictione, circa alicuius Castri, ciuitatis, & prouinciæ territorium, & eius terminos. hoc vero penes ipsam vniuersitatem est, eiusq. rectorum: nec repugnat dñio particulari priuatorum, qui possunt habere intra hoc dñium vniuersale dñium particulare agrorum quorundam, & prædiorum, quod dñium, & à dñio iurisdictionis, & à dñio vniuersali distinguitur: & tamen comprehendit dñium, quod vniuersitas ad similitudinem priuatorum habere potest in aliquot locis, & rebus. potest enim domus, aut vinea ad ciuitatem pertinere iure eodem, quo ad priuati dñium spectat. quod eleganter explicat Soci. in. l. 1. num. 27. ff. de acquir. poss. idem cons. 15. expressius cons. 95. col. 4. lib. 3. deducitur idem à regis constitutionibus. l. 10. tit. 29. part. 2. l. 4. §. 2. tit. 28. part. 3. sic deniq. si Bart. intellexit, imperatorem esse totius mundi dominum primo

sumib. §.

dominio, præmissa communi doctorum opinione, palam est, verum dixisse. item si de dñio secundo sentit adhuc eius assertio vera est: quatenus imperator rector est cõmunitatis, seu vniuersitatis: nã & hac ratione videtur quod is habeat dñium rerum pertinentium ad vniuersitatem, vt cõmunitatem saltem ratione administrationis. quod si Bart. de tertio dñio intellexit, plane eius opinio adeo falsa est, vt à nemine iure defendi valeat. atq. ita ego existimo Bartolum de hoc tertio dñio minime sensisse, dum scripsit imperatorem vere esse totius mundi dñium.

Postremo ex prænotatis apparet iustissime posse aliquot Christiani orbis principes immunes esse à suprema imperatoris iurisdictione. Nam vt Regē Gallorū prætermittamus, de quo ab aliis satis tractatum est, constat Hispaniarum reges ab imperatoris iurisdictione liberos, & exemptos esse, vel ex ea ratione, quod, Hispanias maxima reipublicæ infelicitate ab Arabibus occupatas, ipsi Hispaniarum reges absq. villo Cæsarium auxilio, immensis laboribus, periculis, & impensis, effuso per septingentos annos proprio et subditorum sanguine à Christianæ religionis hostibus liberauerint, & exemerint. unde merito à Cæsarium imperio, quo in hisce laboribus destituti fuerunt, censentur exempti. glossa in capitu. Adriæ.

K ii nus.



nus. 6. distinet. Oldra. in conf. 69. probat tex. vbi glo. in capitu. et si necesse. de donat. int. vir. & vxo. tenent Ioan. Lupi in introductio ne ad repet. de donationi. nume. 18. Gaspar Lusita. in lege. imperium. ff. de iuris. omni. iud. Folio. 7. plura ex hoc inferentes. sensit prædictam ratione regia. l. 18. tit. 5. part. prima. cui & alia ratio ad di solet. quod ab Honorio imperatore fuerit Hispania libera & immunitas à Caesarum imperio donata Gothis: quem admodum in hac specie tradit Ioan. Lupi de regno Naua. parte. 6. §. 4. & de benefi. vacantibus in curia. §. 8. idq; ad notare potuit ex Paulo Orosio. q; scribit Honorio Alarico Gothorum regi Gallias. & Hispanias. quas iam pene perdiderat. pro pace optima oranti cõcessisse. sed & Procopius lib. 3. de bello Vandilico cõmemorat. cõuenisse cū Vãdiloru rege Gogidisco. vt sedes in Hispania haberet. modo cæteris habitatoribus Vãdili nõ nocerēt. nec præscriptionis iure vti vllõ vnquã tẽpore possent. idq; contigit. si ratio tẽporis habeatur. anno dñi fere ccccxij. Imo & præscriptione tempotis. cuius initium memoriam hominum excedit. Hispaniarum reges hanc immunitatem adquisisse. scribit Feli. in cap. cū non liceat. de præscrip. & est cõmunis opinio secūdū Antoni. Corset. in trac. de excellēt. regis. q. 104. Balb. de præscrip. 5. part. princip. 2. part.

q. 2. & Aymonẽ in tract. de antiq- tate tẽpor. 4. parte. ca. materia ista. num. 73. quæ deducitur ex Bart. in dict. l. hostes. ff. de ca. huic etiã Hispaniarum iuri. & priuilegio suffragantur plura. quæ pro rege Gal- lorum congersere Ioan. Igneus in dicta. disput. Chassanæ. in cõside- rat. 28. Carol. lib. 1. regalium Fran- cia iure. 6. pro vtroq; Hispaniarũ inquam. & Galliarum rege. præ- ter alios Castaldus in tract. de Im- peratore. q. 53.

Quod si imperator totius mun- di dominus non est. nec quo ad protectionem: manifeste fit. ab eo iuste bellum non posse indici gen- tilibus. & infidelibus ea ex caus- sa. quod infideles parere & obedi- re reculent Cæsaris imperio. cu- ius prouincias minimè occupaue- rint. sunt igitur aliæ causæ exami- nandæ. quæ bellum aduersum in- fideles iustificent.

Ex §. sequenti.

- 1 In fideles an possint à Christianis bello im- peti ex eo quod infideles sint?
- 2 Infidelitas non priuat quem iure naturali. nec diuino. dominio rerum. nec prouincia- rum.
- 3 Infideles quatuor casibus possunt à Christia- nis bello impeti.
- 4 Bellum iure moueri nõ potest aduersus eos. qui crimina contra naturam committunt.
- 5 An idolatria sit in ista causa indicendi bellũ idolatri?
- 6 Bellum an possit esse vtrinq; iustum?

§. decimus

§. Decimus.



Olet à plerisque iusta belli cau- sa censerì aduer- sus infideles ipsa infidelitas: quasi ex eo solũ quod infideles sint. nec Christia- nam religionem velint profiteri. possint à Christianis bello impe- ti. sic sane visum est Hostiensi. & Panormit. in cap. quod super his. de voto. Aluaro Pelagio. de plan- ctu eccles. lib. 1. artic. 37. litera .l. Oldra. conf. 72. Albertino in rub. de here. in. 6. q. 8. conclusi. 1. & con- clus. vltima. His plura suffragan- tur. primum quod ob crimen in- fidelitatis ab eis aufertur à deo reg- nũ. quod obtinent. & in Chri- stianos transfertur. iuxta illud Ma- thæi. 21. Auferetur à vobis regnũ dei. & dabitur genti facienti iusti- tiã. & ecclesiast. 10. regnũ à gẽte in gẽte transferetur propter iniustiti- as. quod ad omnes iniquos. & im- pios secūdū Augustinus lib. 2. cõ- tra literas Petiliani cap. 43. & cap. si de rebus. 23. quæstione septima. Secundo diuus Thomas. 2. 2. quæ- stione. 66. arti. 8. ad. 2. dum scribit. infideles res suas iniuste posside- re in quantum eas secundum le- ges terrenorum principum amit- tere iussi sunt. & ideo ab eis bona possunt per violentiam auferri publica auctoritate: non priuata.

Haftenus Thomas. ergo bellum licite eis infertur. Tertio. licet infi- deles cogendi non sint armis. & vi Christi fidem suscipere. capitu. de iudeis. capitulo. qui sincera. 45. distin. capitulo. sicut. de iudæ. no- tat præ cæteris Diuus Thomas. 2. 2. quæstione. 10. articulo. 8. quo in loco illud Lucæ. 14. compelle in- trare. non de his. qui nusquam Christi fidem susceperunt. intelle- xit. sed de his qui semel Christia- nam fidem professi ab ea diuer- runt. Potest & ille locus intelligi de coactione. quæ persuasionibus fit. qua de re tractat præter alios Ioan. Arboreus lib. 1. Theosophiæ cap. 36. tamen tenentur infideles sub mortalis culpæ reatu fidem Christi sibi prædicatam. magnisq; rationibus. & argumentis propo- sitam. & probatam suscipere. & profiteri: sicuti docet Thomas. 2. 2. q. 10. artic. 1. ergo irreuerentiæ. & iniuriæ peccatum. fidem sibi præ- dicatam detrectantes. in deum Je- sum Christum committunt. sed ratione auertendæ iniuriæ à pro- ximis possumus bellũ iure gerere. ne ipsi oprimentur à tyrãnis. iuxta notata in cap. quantæ. de sent. ex- co. & in cap. dilecto. eo tit. in. 6. l. culpa caret. ff. de reg. iur. lege. 1. §. sed i eo. ff. ad Sylani. pulchrè Am- brosius lib. 1. de offic. cap. 27. & 36. cap. fortitudo. & cap. non infe- rēda. 23. q. 3. notat in hac specie Ca- iet. 1. 2. 2. q. 40. art. 1. ver. in eodẽ arti- culo. ad idẽ illud. eripite pauperẽ.

K iiii &



Secundæ partis Relectionis.

& egenum de manu peccatoris liberate. ratione igitur fortiori bellum erit licitum ad propulsandas iniurias, & offensas, quæ diuinæ maiestati per infideles non accipientes eius fidem, & religionem, irrogant. Quarto his accedit quod Diuus Gregorius lib. 1. epistolarum. 73. epistola ad Gennadium scripsit. & c. si non ex fidei. 23. q. 4. mire laudas bella, quæ Gennadius gesserat aduersus infideles dilatandæ causæ reipublicæ, quatenus Christi nomen per subditas gentes fidei prædicatione circum quæq; discurreret. quibus sane verbis probatur, licite geri bellum à Christianis aduersus infideles eo ipso quod infideles sint, vt tandem domiti, & iugo Christianorum subditi prædicationem leges euangelicæ accipiant, & patiantur libere exerceri. Sed nihilominus sit hac in re conclusio, quam veriore esse censemus. bellum aduersus infideles ex eo solum quod infideles sint, etiam auctoritate imperatoris, vel pape iuste indici non potest. Hæc probatur in 1. Christianis. C. de pagina. & sacris. paga. & in ca. dispar. 23. q. 8. vbi statutum est, bellum aduersus Sarracenos tunc iuste geri à Christianis quoties Sarraceni Christianos persequuntur, & eos ex urbibus pellunt. ergo ex eo solum quod Sarraceni sint, & infideles, non geretur iuste aduersus eos bellum. item hoc probatur: nam infidelitas non priuat infideles domi-

nio, quod habent iure humano, vel habuerunt ante legem euangelicam in prouinciis, & regnis, quæ obtinent. Nam & Danielis capitulo. 2. extat hac de re præclarum testimonium. erat etenim Nabucodonosor infidelis, & nihilominus ei à Daniele dicitur. Tu rex regum es, & deus cæli regnum, & fortitudinem, & imperium, & gloriã dedit tibi. hoc ipsum Thomas adnotauit. 2. 2. questione. 10. articulo. 10. & post eum Conrad. in tract. de contract. q. 7. parte prim. Imo in Concilio Constantiensi damnatus fuit error Ioannis Hus, & Vuicleph assentium, dominium rerum ipso iure amitti propter peccatum. idem error est Armachani in libro, cui titulum fecit defensorium pacis. quæ error etiam improbarunt Io. Maior in 2. sent. dist. 42. & Iaco. Almain in 4. dist. 15. q. 2. col. 10. ergo infideles ex eo quod infideles sunt, nec volunt Christi fidem suscipere, minimè amittunt dominium rerum, nec prouinciarum, quas obtinent, iureq; humano habuerint. quo fit vt ex hac causâ bellum aduersus eos à Christianis etiam auctoritate publica indici iuste non valeat: quam conclusionem in specie veram esse censent Innocent. & Cardin. in dict. capit. quod super his. Domi. cõf. 96. Syluest. verbo. infidelitas. questione. 7. Caiet. 2. 2. q. 66. art. 8. Florent. 3. part. tit. 22. cap. 5. §. 8. Diuus Thomas. 2. 2. q. 12. art. 2. & Cardina. à Turre Cremat. in

indict. cap. dispar. 23. questione. 8. & idem in capitulo. quis nos. 24. questione. 4. Non obstat primum: quia illud pertinet ad punitionem diuinæ maiestatis, quæ nobis occulta est: atq; ideo licet deus possit ob scelera, & crimina gætiū ab eis tollere regna & principatus: nos tamen interim dum hæc dei voluntas nobis occulta est, non possumus infideles, & sceleratos homines, qui nostro imperio subditi non sunt, dominio rerum priuare: cum id adhuc post infidelitatem obtineant: sicuti superius adnotauimus. Item nec oberit diui Thomæ responsio in dict. arti. 8. quia, vt ibi eleganter explicat Caiet. ea est intelligenda vel de infidelibus, qui de iure tenentur Imperium Christianorum principum agnoscere, & admittere: cum eorū prouincias occupauerint: vel in infidelibus, qui iure & facto subsunt Christianorum iurisdictioni, & in prouinciis, quas Christiani principes obtinent, inter fideles habitant. hi etenim infideles, dum infideles sunt, arbitrio principum Christianorum res possident. & ideo possunt eis priuari. præsertim poterunt reges Christiani edicto cauere, quod vel infideles Christianorum prouincias dimittant, & ab eis discedant, vel Christianam fidem suscipiant. Tertium itidem non obstat.

Nam etsi possumus, & quandoq; teneamur iniuriã à proximo propulsare, & repellere: atq; cum lege charitatis ab iniuria defendere: quia ipse proximus alioqui non poterit se defendere, & ideo ab inimicis et Tyrannis opprimetur: non idem est in iniuriis, & offensis diuinæ maiestati illatis: cum ipse deus omnipotens facillime valeat eas iniurias auertere, propulsare, & sceleratos homines ea ex causa punire, iuxta illud. mihi vindictã, & ego retribuam. vnde Thomas in dict. q. 12. articulo. 2. inquit, ad ecclesiam non pertinere punitionem infidelitatis in illis, qui nunquam fidem Christi susceperunt, secundum illud ad Corinth. Quid enim mihi de his, qui foris sunt iudicare: tametsi ecclesia valeat punire, & bello persequi eos, qui semel Christianam religionem professi, ab ea discesserint, quod ibi. S. Thomas probat. & de iustitia belli aduersus hæreticos eleganter Alfonso à Castro libro. secundo. de iust. hæret. punit. capitulo. 14. & alii catholici, qui aduersus Lutherum scripsere. Quartum, quod ex diuo Gregorio adducitur, de bello aduersus hæreticos, & Apostatas intelligendum est: quemadmodum constat ex eiusdem Gregorii epistola. 72. ad eundem Gennadium, & in ca. sicut. 23. q. 4. nã illud bellum laudatum est multis de causis, & præmaximè, quod hæretici legis euangelicæ veram &



Catholicâ doctrinâ prædicari impediebant per subditas Romano imperio nationes. quod apparet ex ipsi diui Gregorii epistolâ si quis velit et hâc Gregorii epistolâ intelligere de bello gesto cōtra infideles, qui nūquā nec fidē catholicâ professi sunt, nec subditi erāt imperio Romano: poterit eam intelligere in casibus, quos statim trademus, in quibus licet bellum iuste infidelibus indicere.

Primus casus est, cū infideles occupant, et detinent prouincias, quæ olim ad Christianorū principū iurisdictionē pertinebant, & ipsorū Christianorū dñio suberāt. etenim ad auferendas prouincias istas ab infidelibus iustissime Christiani eos bello, & armis impetūt. quod probatur in dict. cap. dispar. vbi Card. à Turre Cremat. & idē tenet Thomas & Caiet. in dict. q. 66. art. 8. Innoc. Card. et doct. in dict. cap. quod super his. de voto. Oldrâ. in dict. cons. 72. Florēt. in dict. §. 8. Alberti. in dict. rub. de heret. in. 6. q. 8. Secundus casus, qui bellum hoc contra infideles licitum facit, est quādo infideles Christianos offēdunt, & eos persequūtur: licet etenim tūc eos impetere bello defensiuo, & præterea bello vindicatiuo ad satisfactionem, & vindictam iniuriarum, & offensarum, quas infideles Christianis intulere, capit. dispar. 23. q. 8. Thomas. 2. 2. q. 10. arti. 8. & tenent oēs paulo ante citati.

Tertius itē casus ex eo cōstituitur quod infidelis subditus alicui principi, eius imperiū, & leges recuset: nam in eo casu poterit Christianus princeps eum bello persequi Thomas in dict. q. 66. arti. 8.

Quarto licitum est bellum aduersus infideles, quoties hi fident blasphemis, prauisq; persuasionibus impediūt: atq; item legis euāgelicæ liberam prædicationē, etiā in eorū prouinciis. quod ipse colligo ex Thoma. 2. 2. q. 10. artic. 8. & ibi Caieta. Notat Alberti. in dict. rub. de heret. in. 6. q. 8. & Albert. Pius Carpēsis cōtra Erasimū ca. 21. de bello idē. sensit Thomas. 2. 2. q. 10. art. 11. & probatur: quia iniuria fit Christianis, qui habēt ius prædicandi legē euāgelicā per totū orbē: si prædicare Christianam fidē impediuntur. quod quidem bellum ratione propulsandę huius iniurię iustissimum erit.

Cæterū, ut rationē iusti belli in summa habeamus, obseruādum est, bellū vel esse defensiuū, vel vindicatiuū, vel punitiuū. defensiuū autē etiā priuatis licet. vt vim. ff. de iust. & iure vindicatiuū nō licet alias quā publica auctoritate. Punitiuū vero proprie bellū nō est: cū id ad executionē iurisdictionis, et imperii pertineat cōtra subditos. sic & defensiuū, bellū proprie dici nō poterit, saltē publicū, nisi fiat auctoritate publica, & tandē ad belli punitiuū rationē oportet præmitti iurisdictionē indicentis

dicētis bellū in eū, cui indicit. siquidē nemo possit punire eū, qui eis subditus non sit. l. vlti. ff. de iuris. omni. iud. c. vltim. de const. in. 6. l. prima & totus ille tit. C. vbi de crimi. agi oportet. tradit. S. Thomas secundæ secundæ. quæstio. 67. articulo primo. quæ ratione bellum aduersus infideles defensiuum, aut vindicatiuū licite geritur à principibus Christianis: punitiuum vero in eos infideles, qui Christiano Principi subditi nō sint, geri iuste nō potest: etiā si ipsi infideles peccauerint: punitio etenim horū peccatorū nō pertinet ad eos, qui super infideles imperiū nō habent. Atq; ita quæstio ista est definienda ex diuini & humani iuris principiis.

Verum si iusta belli causa aduersus infideles non est ipsa infidelitas, queritur an possit bellum hoc iustificari ex eo quod infideles plura perpetrāt crimina cōtra legē naturæ, & cōtra ipsius naturalis appetitus inclinationē? Et hęc esse iustā bellicā causam auctoritate Imperatoris, vel Romani Pontificis expressim asserunt Inno. in dict. capi. quod super his. Florent. in. 3. part. titul. 22. capitu. 5. §. 8. Syluest. verb. Papa. q. 7. Alberti. in dict. rub. de heret. quæst. 8. Aluarus Pelagi. de planeta eccles. libr. 1. ar. 37. col. 5. quorū sentētia ex prænotatis expēdenda est. Hoc etenim bellū defensiuū dici nō pōt. vindicatiuū autē dicetur ratione offēnsæ, quæ sit diuine maiestati per illa scelera

tissima crimina: hæc vero non est sufficiens causa belli: quæ admodū diximus de offēnsa, quæ deo fit per infidelitatem: nā cū ea maxima sit, profecto bellū eius videlicet ratione iudici nō pōt in fidelibus secundū Thomā & sequaces. Et tū infideles tenēt lege naturæ, vñ deū colere: nā quæ admodū & lumine naturali ei' cognitionē habēt, ita naturalē cultū tenentur ei exhibere: cū in hac vnius dei veneratione lege naturæ teneatur quis ad agēdū id quod naturaliter cognitū erat. & ideo grauissimè peccant infideles aduersus legē naturæ nō colētes vñ deū, quæ lumine naturali cognoscūt. Sic & de lege euāgelicā, quæ super naturalis est, nec lumine tū naturali cognoscit sine prædicatē, aut specialī dei auxilio mouentis intellectū: sicuti viri catholici & doctissimi tradidere ex illo ad Ro. c. 10. aut quomodo credent ei, quæ nō audierūt, quomodo autē audiet sine prædicatē? cū infideles eam legem sibi prædicatam accipere rectifāt, graue scelus & peccatū in humani generis redemptorem cōmittūt: quod paulo ante explicuimus: sed hæc ratione bellū aduersus ipsos infideles iustū nō est. At si dixeris hoc bellū esse punitiuū, profecto id geri à Casare nō potest in infideles, qui Casaris imperio subditi nō sunt quo ad temporalem iurisdictionem: cum sit iurisdictione necessaria ad punitionem secundum ea,

Ship

K v que

quę modo tradita sunt. Nec item auctoritate Romani Pontificis, qui in infideles iurisdictionē non habet tēporalē, nec spiritualē nisi quaten⁹ ea necessaria est ad Christianę reipublicę quietem, & vtilitatem. Scribit etenim Paulus prima ad Corinthios capit. quinto. si is, qui frater nominatur inter vos est fornicator, aut auarus, aut idolis seruiens, aut maledicus, aut ebriosus, aut rapax: cum huiusmodi nec cibum sumere: quasi dicat Apostolus, secus autem si non sit frater, illum enim non debetis punire: & subditerationē. Quid enim mihi de his, qui foris sunt iudicare: nonne de his, qui intus sunt vos iudicatis? Hęc Paulus ad cuius interpretationem scribit Hieronymus, Nā eos, qui foris sunt, deus iudicabit. & Thomas inquit, quod pręlati acceperunt potestatem super eos tantum, qui se fidei Christianę subdiderunt.

Quid autem de idolatria: an ea sola sit causa iusta indicendi bellum infidelibus? & probatur eam esse iustam belli causam auctoritate diuina capitul. decimo secundo Deuteronomij. vbi constat, ob hanc causam Deum pręcepisse filiis Israel, vt gentes plurimas subuerterent, & dissiparent. quod ita pręceptū est secundum Nicolaum à Lyra, nē ex templis idolorum remanentibus, & illis ritibus occasio idolatrię Iudæis daretur: tantaque dei iniuria in

populo suo vitaretur: atque ita hanc esse iustam belli causam doctissimus vir Alfonso à Castro cęset in lib. secundo de iust. hęc. punit. capit. decimo quarto. idem adnotari & colligi potest ex Aluaro Pelagio de planctu ecclesię libro primo. articul. trigesimo septimo. columna quinta. quibus suffragatur Thomas. secundę secundę. quęstio. decima. articulo. vndecimo. dicens ritus infidelium esse tollendos: & inibi dum hoc scribit, non de ritibus Iudęorum: sed de ritibus aliorum infidelium intelligit. Hęc vero si quis pensitet diligēter, reperiet locum illum deuteronomij esse intelligendum propter specialem, & expressam dei iussionem. Potuit omnipotēs deus gentes illas punire. & ab eis prouincias, & bona propter eorū peccata auferre: quā diuinā punitionē imitari non debent principes humani, qui ius puniēdi non habent in alios, quā sibi subditos. Pręsertim quod deus illā prouinciam filiis Israel promiserat, & ne idolorum templa eis nocerēt, iussit ea destrui & radicē dissipari. deinde idolatria, qua gentes ille vtebantur, nō erat simplex, sed mixta cum occisione innocentū: nā & filios idolis sacrificabant: vnde ad subueniendum illis innocentibus, qui iniquissime occidebantur quorūq; sanguis clamabat à proximis auxiliū petens, iuste potuit illis gētib⁹ bellū indicī: & potuisset quidē

quidem etiam auctoritate humana & publica. Quod autē Diuus Thomas scribit in dict. art. ii. intelligendum est de ritibus infidelium habitantium inter Christianos in prouincijs ipsorū Christianorū. vel cum infidelium ritus, & idolorum templa, ac sacrificia pręstāt impedimētum religioni Christianę, & eius prędicationi. fateor plane aduers⁹ gētes idololatrias iuste quidē bellū geri, si monitę nolint abstinere ab idolorū cultu, quoties is impedimentum affert religioni Christianę & legis euāgelicę prędicationi. At quod ob ipsū peccatū idololatrię vel ad tollēda idola, quę non sunt impedimētum legis euāgelicę prędicationi: quia fidei catholice prędicatione, eiusque diligentia viris catholicis sanctitate, & moribus, ac doctrina pręditis, instructione pręmissa, idolorum cultus tolli poterunt: bellum licite contra idolorū cultores, gentesque idololatrias geratur, dubium certe videri potest. Nam iustitia huius belli vel est propterea quod ipsum crimen idololatrię priuet gētes ipsas dominio rerum & prouinciarum: & hęc ratio falsa est: vel ideo quia liceat offensam, & iniuriam diuinę maiestati illatam hoc idolorū cultu, bello vindicare: & id non sufficit aduersus eos, qui foris sūt. hos etenim deus puniet secundū Hieronymum dict. capitul. quinto ad Crinth. Ad defensionem au

tem hoc bellum non pertinet: cum tantum tractemus an ob ipsum idolorum cultum liceat indicere bellum his, qui fidelibus nullam iniuriam fecere: & ideo non agitur in hoc bello de defensione. Quod si dixeris esse bellum punitiuum: profecto id non pertinet ad eos, qui nullum in has gentes punitionis ratione iurisdictionem habent: quę quidem punitio iurisdictionem exigit, etiam in idololatrias: quia hoc crimen minime Christianis, submittit eum, qui foris sit, quod constat ex ipso diui Pauli testimonio manifeste probante, non esse à nobis iudicandum eum, qui foris sit, tametsi is idolis seruiat. Hęc denique adduximus aduersus priorem sententiam, quę fortassis, ab his obiectionibus doctissimorum virorum ingenio, & iudicio facillime defesa potiores partes obtinebit.

Solet hoc in tractatu examinari, an bellum esse possit ex vtraque parte hostium iustum. Nec tamen iustum hic accipio in ea significatione, secundum quam sepius à Tito Liuiio et alijs auctoribus dicitur iustum prælium: iusta acies, iustus miles, iustum exilium, id quod omni ex parte plenum est, omnibusq; numeris perfectū. Sic iurisconsultus appellat iustā hereditatē in. l. 3. ff. pro socio. eā quę legitimo, ac plenissimo iure obueniat: quod eleganter Budę

ibi



ibi explicat. Sic & Hispani iustam vestem dicimus, quae ita corpori apta sit, vt nihil ei desit ad ipsius corporis mesuram. sed hic dictio ne ista adsumimus pro eo quod rationi, iuri, & aequitati, ac iustitiae conuenit. Et Aleiat. libr. secundo parad. capit. vltim. post Fulgo. in. Lex hoc iure. ff. de iustitia. & iure. ceter, bella vtrunque posse licita esse: idque multis probat contra Docto. frequentissimam sententiam. Ego sane quantum ad rei veritatem, & certitudinem ipsam falsum esse cenfeo quod Aleiat. adnotauit, communemque sententiam probo. Nam cum hostes contrarii sibi sint, contraria iura necesse est habeant: quorum vnum iustum sit, alterum vero iniustum. Nec enim ex duobus principibus bello pugnantibus ob aliquam prouinciam, quam quilibet eorum sibi propriam esse censet, in veritate potest vterque iustitiam habere sibi fauicem: siquidem is iustam habet causam, cuius ea prouincia proprie sit: ex quo necesse est, quod alter iniustam causam foueat: cum contraria haec duo sint iustum: & iniustum. vnde plane illud mihi constat, non posse quoad veritatem iustum bellum vtrunque esse, opinione vero potest bellum ex vtraque hostium parte iustum esse. Nam etiam si apud alterum tantum vere existat iustitia belli, bona tamen fide alter bellum id gerere potest, existimans iustis-

simam ignorantia se iustam fouere causam: Atque in hunc sensum probari potest quod Fulgosi. & Aleiat. voluerunt. Vnde Abulensis Iosuae. capit. ii. adnotauit bellum illud, quod Iudaei gerebant aduersus Amorreos, & ceteras gentes ex parte Iudaeorum iustum esse propter dei voluntatem, quae eis erat manifesta: & itidem ex parte Amorreorum: qui iusta ignorantia ignorantes hanc diuinam iustionem se defendebant ab aggressionem Iudaeorum: eaque ratione existimabant se bellum iustum gerere. Haec de iustitia belli compendio quodam prenotauimus, quo facilius intelligi valeat qua ratione capta in bello, vel efficiantur capientium, vel sint omnino in animae iudicio restituenda: quod sequenti. §. non admodum prolixè tractabitur: solum etenim constituemus aliquot principia, ex quibus haec res longius tradi possit.

Ex. §. sequenti.

- 1 Capta in bello iusto efficiuntur capientis, & per totum paragraphum: maxime nu. 6.
- 2 Seruitus an sit inducta iure gentium contra ipsam naturam, late numeris sequentibus.
- 3 Ius naturale an possit tolli in parte, vel ex causa.
- 4 Ius gentium qua ratione a naturali iure distinguatur.
- 5 Seruitus aliqua an fuerit ab ipsa natura insti-

- 6. Capta in bello apud Christianos non efficiuntur serui. & quid de Christianis captis à Sarraenis, vel Turcis?
- 7 Res ab hostibus capta, quae prius per hostes fuerant bello quaesita, an sint priori domino restituendae?
- 8 Regia. l. penultima. tituli. nono. partis. quinta. examinatur.

§. Vndecimus,



Attinet id vero, quod attinet restitutionis obligationem eorum, quae in bello capta fuerint, sit constitutissima conclusio. capta in bello iusto efficiuntur capientis. capit. ius gentium prima distin. l. hostes. & l. si quid in bello. ff. de capt. l. naturalem. §. vltim. ff. de acquirend. rerum. domi. gloss. in capi. sicut. de iure iur. notatur in. l. prima. in princip. ff. de acquirend. possessione. vbi Iason. num. octauo late hanc materiam tractat. eandem conclusionem probat Aristoteles libr. primo polit. capit. quarto. Thomas libr. tertio. de regimine princip. capit. ii. Theologi passim praesertim Adrian. in quarto sententiar. tract. de restitutione. §. aggredior casus speciales. Florent. tertia. par. tituli. quarto. capit. primo. Ioann. Maior. in quart. distin. et. 15. quest. 20. Alfonsus à Castro libr. secundo de iust. haeret. punitio. capit. decimoquarto: Syluest. verb. bel-

lum. questio. prima. Bart. in dict. l. si quid in bello. & in. l. hostes. Martinus Laudensis in tractat. de bello secunda colum. Hinc & illud obtinuit quod capti in bello serui efficiuntur capientium, si bellum iustum sit. d. l. naturalem in fine. dict. l. hostes. §. item ea. instit. de rerum diuisio. pulchre Aristoteles in dict. capit. 4. omninoque, inquit, nonnulli iure quodam, vt putant, freti, & adducti, lex enim quoddam ius est, seruitutem eam, quae iure belli introducta est, & iustam esse aiunt, & negant: quoniam fieri potest, vt initium bellorum sit iniustum & eum, qui sit indignus seruitute, nusquam quisquam seruum esse fateatur. Haecenus Aristoteles. atque de his plura Claudius Cotereus lib. 2. de iure milit. capi. 24. quo fit, vt seruitus ista inducta sit iure gentium, cum natura omnes sint liberi. l. manumissiones. ff. de iur. & iure. §. seruitus. instit. de iure perso. quo probatur seruitutem inductam fuisse contra naturam, secundum quam omnes liberi nascuntur. id probat tex. in. l. 4. ff. de stat. homi. Strophilus seruus apud Plautum in aulularia, inquit, omnes natura patit liberos, & omnes libertati natura student. Quod si contra naturam iure gentium est seruitus personarum inducta, profecto id iure obtinere nequit: cum iura naturalia immutabilia sint, nec iure gentium tolli possint.



possint. §. sed naturalia quidem. instir. de iure nat. gent. & civili. textus, in princip. quinta distinct. cui obiectioni Accursius respondet in dict. l. manumissiones. dicens, ius naturale nõ posse in totũ tolli iure gentium, & humano: sed quo ad aliquam eius partem tolli posse. ego libenter quero ab accursio, an hæc pars, quæ tollitur sit naturale ius: & si dixerit, nõ esse ius naturale: dubio procul quæ sitio non est an tolli possit: siquidẽ quod non est tolli non potest. Si vero hæc pars quæ tollitur iuris est naturalis, sicut est libertas personarum, quæ modo iure gentiũ tollitur: nondum responsum est obiectioni, ex qua probatur, & ita verissimum est, ius naturale tolli iure humano non posse. Præsertim quod si semel in specie fatearis aliquid esse à natura institutum, id nullo modo negare poteris, humano iure tolli nequaquam posse. cum superior sit ipsa lex naturalis hominum institutis, nec eis tolli possit. Quamobrem mihi semper displicuere duo, quæ passim circa ius naturale, & diuinum à nostratibus traduntur. Primum, dum sepiissime respondent, ius naturale posse partim tolli, licet nõ totum. Nam vere si in ea parte ius naturale viget: nullo modo defendi potest, quod ea iuris naturalis pars tolli humano iure valeat. Etenim dicitur naturale ius, non esse innocente occidendum: poteritne aliqua

ex parte iure humano innocens occidi, vel in aliquo casu specialiter te qui hoc assereret, demens prorsus esset, & rationis naturalis satis inscius. Alterum est, quo frequenter Doct. vtuntur dicentes, ex causa posse iure humano limitari, & tolli ius naturale, vel diuinum: hoc denique absurdum est. siquidem vel eacausa sufficiens est, vt opinemur, & constituamus ius diuinum, vel naturale tunc minimè obtinere, nec eum casu comprehendisse: & tunc ius naturale, vel diuinum non tollitur ex ea causa quia non præmittitur, nec datur lex naturalis, nec diuina, vt ea tolli possit: sed tantum interpretatio legis diuinæ, vel naturalis: at si ea causa nihilominus admissa, adhuc viget lex naturalis, vel diuina: & planè nisi quis toto, quod aiunt, celo aberrat, nõ poterit inficiari, eam causam minimè sufficere, vt humana auctoritate naturalis lex tollatur: & ideo Accursii responsio congrua non est. Bart. aliter respondere conatur in dict. l. manumissiones: ac potius in l. ex hoc iure. ff. eodem titul. scribens duplex esse ius naturale: præteritum: secundum: & addit primum tolli per secundum, quod ius gentium appellatur: atque ita ius gentium quandoque est contra rationem, & ius naturale, vnde licet libertas iuris sit naturalis, potuit tamen ius gentium eam tollere, eandem Bartol. rationem tenuerunt Bart. idem Agel. Paul. & Doct. in l. si id quod. ff. de condic. indeb. Verũ hæc ratio defedi non potest, nec iure valida est. id etenim quod cõtra rationem naturale statutum est, nõ potest firmum esse, nec validum: etiam si à principe supremo statuatur. deinde hæc distinctio iuris naturalis primæ, & secundæ, falsa omnino est: ius siquidem naturale vnum est, & id tẽporis successu nec distinguitur, nec variatur. dict. §. sed naturalia quidem iura. Nam quod semel Deo omnia animalia docuit, quod que ideo naturali lumine conitum est, nec villo tempore tollitur, nec distinguitur, nec variatur: eius etenim variatio restagaretur nature ipsi. atque ideo hanc Bart. rationem vere & eleganter Fortunius improbat in dict. l. manumissiones.

¶ Quia ratione duplicem sensum afferam ad id, quod primo constitutum nempè omnes, homines esse natura liberos, & seruitutem esse cõtra naturam: ex quibus manifeste cõstabit huius nodi dissolutio, Primum equidẽ libertas in hunc sensum est iuris naturalis, & natura homines liberi nascebantur: vt eo primo statu, quo sola lege nature humanum genus utebatur, nondum humana crescente malicia, decuerit omnino homines omnes liberos nasci. idque illi statui expediens fuerit. Non tamen ex hoc negatur, posse iura humano, & gentium, hominum crescẽ

te malicia statui seruitutem, vt capti in bello serui efficiantur. Imo id conuenit reipublicæ ad punitionem eorum, qui finitimas gentes bellis iniustis persecuntur: vnde quo iure ex consensu humani generis bella introducta fuere, eodem & captiuitates, ac seruitutes constitutæ sunt: quod Diuus Augustinus explicat libr. decimonono. de ciuit. dei. cap. 15. cõditio, inquit seruitutis iure intelligitur imposta peccatori. nomen itaque istud culpa meruit, non natura. & de inde subdit: Nullus autem natura, in qua prius deus hominem cõdidit, seruus est hominis, aut peccati. verum pœnalis seruitus ea lege ordinatur, qua naturalem ordinem conseruari iubet, perturbari vetat: quia si contra eam legem non esset factum, nihil esset pœnalis seruitute coercendum. ideoque Apostolus seruos monet subditos esse dominis suis, & ex animo eis cum bona voluntate seruire. Hęc Augustinus citans Apostoli locum ad Ephesios capite. sexto. vnde propter peccatum Chanaan seruus pronunciat a Noe patre, vt seruiat fratribus suis Genes. capitul. nono. Sic & naturali iure non erant dominia distincta in ipso quidem statu nature, & legis naturalis, secundum quam omnia erant communia. Sed postea conueniens fuit fieri dominiorum distinctionem lege humana: idque ratione naturali factum fuisse ex



Secundæ partis relect.

eo apparet, quod utile valde reipublicæ sit: quod Conradus doctif sine tradit de contractib. q. 10. & sequentibus. Igitur iuxta hunc sensum obiectio tollitur: sicuti probant Fortun. in dict. l. manumissiones. & Ioan. Driedo. de libert. Christia. pagina. 29. & pagina. 6.

Secundò loco alter sensus aptari potest his auctoritatibus, quibus constat hominum libertatē esse lege naturali inductā, vt tandem distinguendum sit inter ius naturale positiuū, quod aliquid positue præcipiat, vel prohibeat: & ius naturale negatiuum, quod nihil aliqua de re statuerit, nec præcipiendo, nec prohibendo: sed id potius omiserit legis humanæ dispositioni. Nam libertas non est iuris naturalis iuxta primum modum: cū eam nec præceperit, nec seruitutem induci prohibuerit. est vero personarum libertas iuris naturalis secundo modo accepti: quia ius naturale seruitutem non induxit: nec etiā libertatem prohibuit: imo liberos omnes homines creauit. quod autē obiectimus ius naturale esse immutabile, est intelligendum de iura naturali positiuo, non de iure naturali negatiuo, secundum Thomam, qui ita rem istam explicat in hac specie. 1. 2. q. 94. art. 5. & Preposit. in cap. ius gentium. 1. dist. num. 9. ex his duabus solutionibus, quarum posterior à priori fere deducitur, plura colliguntur.

Primū vera interpretatio iurifconsulti, Iustiniani, & aliorū, qui vere dixerūt, omnes homines natura liberos nasci. ita etenim intelligendi sunt, omnes, homines eo tempore, quo sola lege naturæ vivebatur, mūdusq; regebatur, liberos nasci, ac natos fuisse. At hinc non sequitur, hodie omnes liberos natura nasci: cum aliis legibus præter naturales vtamur: idq; maxime sit utile reipublicæ, ad reprimendam hominum maliciam. Nam, vt auctor est Augustinus in dict. caq. 13. seruitus lege humana iustissime est statuta in pœnā peccati, quod bello committitur iniusto.

Secundò hinc deducitur alter eiusdem auctoritatis intellectus, vt omnes homines natura liberos esse intelligamus, ex prima naturæ intentione, que voluit homines liberos creare. At per accidens non prohibuit eos seruos fieri ex aliqua ratione conuenienti reipublicæ. Sicuti ex prima intentione naturæ est, quod hominum vita conseruetur: & tamen legibus humanis naturali ratione statuitur ex accidenti, quod nocentes, & criminosi occidantur.

Tertiò inde apparet verum esse quod scripsere Diuus Thomas in 4. sent. dist. 36. art. 1. & Card. à Turre Cremat. in dict. cap. ius gentiū. 4. artic. qui existimant, seruitutem institutam esse cōtra primam naturæ intētionem: quia natura prima in-

§. Vndecimus.

81

ma intentione tendit ad perfectiora: at seruitutē esse secūdū naturā iuxta eius secūdā intentionē. natura etenim prima intentione intēdit, vt quis sit bonus: eius vero secunda intentio est, quod si quis nō fuerit bonus, sed malus, ipsius que legis naturalis rationem prauis moribus contempserit, puniatur quidem. Sic seruitus secūdū naturam instituta est ad puniendū peccantē. & licet iure naturæ non sit in specie hæc pœna definita: sed in genere: ius gentiū, & humanum potuit ex secunda naturæ intentione definire pœnam istā seruitutis in hac specie.

Quartò à prænotatis patet verus sensus paragraphi. seruitus. instit. de iure personar. quo probatur, seruitutem esse contra naturā. id etenim ita accipiendum est, vt sit seruitus contra naturam, id est contra naturalem libertatem, que vna fuit ab initio omnium ante corruptionem generis humani, & nunc quoque esset, nisi malicia hominum aliam conditionem exigeret omnium populorum consensu, qui seruitutem ex causa induxit ad puniendos hostes ini. quos quemadmodum & præter Diuum Augustinum tradit Aristoteles. 1. politico. capitul. 3. & 4. & probatur in l. naturalem. cum l. sequenti. ff. de adquirendo rerum domi.

Quinto infertur, seruitutē esse cōtra ius naturale, non ex eo quod

tollat ius naturale affirmatiuum, & positiuum, aliquid præcipiens, aut prohibens: sed ex eo quod additur iuri naturali id, quod ipsum ius non concesserat: atque ita per additionem inducitur seruitus cōtra ius naturale.

Sextò hinc apparet, hanc personarum seruitutem iure gentium inductam, non esse contra naturalem rationem: imò ex ea procedere: sicuti probatur in dict. l. manumissiones: & apertius in §. itē quæ ab hostibus. iuncto. §. singulorum. instit. de rer. diui. idq; adnotauit Fortun. in dict. l. manumissiones. col. tertia. & constat ex pluribus locis Sacræ scripturæ, quib⁹ ostēditur, dominiū seruorū iustū esse: præsertim cap. sexto ad Ephesios. inquit Paulus, serui obedite dominis carnalibus cum timore, & tremore in simplicitate cordis vestri sicut Christo. Et ad Timot. prima. capit. sexto. quicūque sunt sub iugo serui, dominos suos omni honore dignos arbitrentur. Itē prima Petri capit. secundo, Serui subditi estote in omni timore dominis non tantum bonis & modestis: sed etiam dyscolis. vnde dominus in seruos naturali ratione dominiū habet: sicut & in agros, & fundos, qui ad eum pertineāt. vt tamen debent domini hoc iure, quod in seruos habet, benigne nō seuerē, & crudeliter. quod admonet Diu⁹ Augustin⁹ libr. 19. de ciuit. Dei. cap. 16. & iure civili statu-

L tutum



tutum est in l. vnica. C. de emen. seruo. & Inst. de iure perso. & de his q sunt sui vel ali. iur. §. in potestate. & §. sed & maior. vbi Theophilus. l. 6. tit. 21. par. 4. & Caius iuriscōsultus lib. 1. institutionū tit. 3. Septimò colligitur ex his, seruū à domino fugientem mortaliter peccare, & teneri ad eum redire secundū glo. in dict. c. ius gentium. 1. dist. quam Doctor. inibi approbant communiter, maxime Card. à Turre Cremat. art. 4. Fortu. in di. l. manumissiones. col. 4. optimus tex. in cap. si quis seruum. 17. q. 4. Ceterum hoc in loco admonendus lector est, me quidem in hac de seruitute controuersia, ius gentium intellexisse, prout id à iure naturali distinguitur, & humanum ac posituum est. nam & Tho. 1. 2. q. 95. ar. 4. ad primum. ius gentiū de quo iuriscōsulti quandoq; tradidere, inter iura humana, & positiua censet: quod apertissime constat. Nā si quis perpēdat exēpla & casus, qui per iuriscōsultos sub titu. ff. de iur. & iur. iuri gētiū tribuuntur, planē fatebitur ea nō esse iuris naturalis sed humani, nec procedere necessario à primis iuris naturalis principiis in vniuersum, nec frequentius: tametsi à ratione propter reipublicæ vtilitatē vario tēporū successu deducātur & instituant, vel instituta sint fere omnium hominū consensu. bella etenī nō sunt iuris naturalis, nec manumissiones, nec seruitutes, nec do-

miniorū distinctio, nec vēditioes, aut locationes, quę omnia iuriscōsulci iuri gētiū tribuēda esse palā respōderūt. Et tñ in. l. 1. §. ius naturale. ff. de iust. & iure. ius gētium naturale quidē dicitur: dū id non alia ratione à naturali distinguitur quā quod illud omnib⁹ animātib⁹ etiā brutis cōueniat, hoc solis sit hominibus cōmune. vnde deducitur hoc ius gētiū hominib⁹ & sic animātib⁹ ratione præditis naturale esse. idē apparet euidēt⁹ auctoritate Caii iuriscōsulti in. l. omnes populi. ff. de iusti. & iure. quod vero, inquit, naturalis ratio inter omēs homines cōstituit, id apud omēs homines perēp̄custo ditur, vocaturq; ius gētiū: quasi quo iure omnes gētes vtuntur. ea dē verba repetit Iustinianus in. §. ius autē ciuile. inst. de iure natur. gēt. & ciuili. vnde diuus Tho. 2. 2. q. 57. art. 3. ad. 3. inquit. Ea quę sunt iuris gētiū naturalis ratio dicitur: puta ex propinquo habētia equitatem: inde est quod non indigēt aliqua speciali institutione: sed ipsa naturalis ratio cā instituit. Quasi velit Thomas hoc quod iuriscōsulti ius gentium appellarunt, ius esse naturale. cui certe non conueniunt exempla iuriscōsultorum tradita ab Isidoro lib. Ety. 5. c. 5. & 6. præsertim prohibitio nuptiarum inter alienigenas.

Quibus prænotatis ego censeo ius naturale vere esse illud, quod de⁹ omnia aīalia docuit tā bruta, quam

quam ea, quę ratiōe donauit. hoc etenim ius lumine naturali hominibus ita cognitū est, vt & brutis instinctu quidem ipsius naturæ: qua ratione quod lumine naturali animalibus ratione præditis notum est, id vere ius naturale dicitur: sicuti & illud quod brutis deus per instinctum, & inclinationē propriam cōstituit. hoc probatur in. l. prima. §. ius naturale. ff. de iustit. & iure. capit. ius naturale. prima distin. quo fit, vt principia lumine naturali ab hominibus cognita, & conclusiones, quę ab eisdem principiis necessario deducuntur: & quę animantibus ratione præditis conueniunt tantū, ius quidem gentium dicitur quodā modo valeant: ad differentiam iuris naturalis quod simul & brutis & hominibus datū, in sitū que est ab ipsa natura: vtrunq; tñ vere est ius naturale: sicque intelligendū est responsum iuriscōsulti in di. l. 1. §. ius naturale. ad finem. vbi ius gētiū à naturali distinguitur ex eo solum, quod illud hominibus tantum, hoc vero etiam brutis cōueniat. Huc pertinet quod Thomas in dict. art. 3. q. 57. distinguit ius gentium, quod quidem ratione naturali hominibus tantū competit, & id quidem naturale esse asseuerat, non secundum absolutam sui considerationem, sed secundum quid, id est, vt est conueniēs & vtile humano conuictui, à iure naturali, quod omnibus animā-

tibus cōmune est, & naturale dicitur absolute iuxta sui ipsius considerationem: vt maris, & foeminae coniunctio: filiorum educatio, & his similia. Quo in loco diu⁹ Thomas de iure naturali, & gentium hanc doctrinam optime tradidit. Quauis & hæc Thomæ sententia, eiusque distinctio alium sensum habere possit, vt ipse quidem distinguat ius naturale, quatenus omnibus animantibus etiam brutis commune est, & complectitur etiā prima iuris naturalis principia, continentia iustum naturale ex sui natura adæquatam, & cōmensuratum alteri, à iure gētiū quod continet iustum naturale, non iuxta absolutam sui rationē: sed secundum vtilitatem, quæ ex eo deducitur, vt alteri conueniēs. Sensitque Thomas ad hoc ius gentiū pertinere, seruitutes, bella, dominiorum distinctionem. hanc itidem differentiam cōstituit Card. à Turre Cremata in dict. capit. ius gentium. prima distinctio. articulo primo. Sed huic sensui refragatur, quod prima principia iuris naturalis procedant à ratione, quæ incognita est brutis. Nihilominus idem Card. in capit. Humanum genus prima distinctio. articulo quinto. post Albertum Magnum. quinto Ethic. respondet, ius naturale quod ad rationem iuris brutis minimē conuenire, sed procedere à natura speciali, quæ est ipsa ratio: sed ius naturale quantum ad actus etiam

brutis competere: & sic, vt ipsius verbis vtar, ius naturale formaliter sumptum: id est quo ad ratione hominibus tantum cōuenit: materialiter verò: id est quo ad actus etiam brutis commune est: scilicet quo ad maris & fœminæ coniunctionem: filiorum educationem: & similia. atque ita interpretatur dict. l. i. §. ius naturale. vt tandem deus ius naturale materialiter omnia animalia etiam bruta docuerit: formaliter tamen ipsos homines tantum: quibus rationis cognitio tradita est. hic verò sensus cum eo conuenit, quem paulò antè ad iuriconsulti respōsum tradidimus. sed solū discrimen apud nos est quā ratiōe sit intelligenda Thomæ responsio in. d. ar. 3. & profectò aptior est vltim⁹ hic sensus: si cōsideremus, ipsum ius naturale quatenus absolutè adsumitur, posse quidē assumi formaliter sicut & materialiter: ita quidē vt formale ius naturale quo ad rationē, & vt continet prima principia, absolutè iustū contineat secundū sui considerationē, rationē que: nō iuxta alterius vtilitatem, nec vt alteri conueniens sit: sic de niq̄ procedere illud, ratione viuē dum est: nemini est malum faciē dum: & similia: quę quidem iuris naturalis sunt secundum propriā suā rationem: quia cōtinent iustū, & alteri commensuratum secundum absolutam suā rationem: nō iuxta vtilitatem, quæ ex his cōtin

get. vnde i⁹ naturale auctore Thoma à iure gentium distinguitur, quòd procedit a naturali ratione non absoluta, sed quæ alterius vtilitatem, vel quod conueniens sit, respiciat. ex quibus manifestum fit quamob rem ius gentium à iuriconsultis ius naturale quandoque dicatur: & quandoq̄ à iure ipso naturali distinguatur. deinde patet ex his, prima principia, & quæ ex eis necessariò deducuntur non esse propriè iuris gentium, sed naturalis: prout à Diuo Thoma hæc iura. d. ar. 3. distinguūtur. inde cōsequitur, religionē erga deum, & parentū honorē, esse iuris naturalis, nō iuris gentiū: secundū Thomæ distinctionem: quanuis à iure consultis hæc exēpla tradātur, & aptētur iuri gentiū. d. l. i. ad finē. & in. l. sequēti. quæ quidē iuriscōsulti respōsi poterit defendi, si ius gentium interpretemur naturale ipsis tantū hominibus cōueniēs, de quo superiùs actum est. verè tamē negare non possumus vtcūq̄ sit, exēpla iuriscōsultorū, & Isidori, nō omnia cōuenire iuri gentiū, quod maximè obseruandū est.

Quāuis equidē iuxta præmissam adnotationem ius gentiū ad humana iura pertineat, non propriè ad naturalia, attamen ob id quod ex diuo Thoma explicuimus: & quia ius gentiū deriuatur à iure naturali, cōmuniq̄ omniū gentiū cōsensu constitutū est, cōclusionibus quibusdam nō multū remo

tis

tis à primis iuris naturalis principiis, naturale dici quodam modo homini potest: etiam si à naturali iure, præsertim ab ea lege, quæ cōmunis est omnibus animantibus, differat, & distinguatur secundū Tho. 1. 2. q. 95. art. 4. ad primum.

Octauò principaliter ex præmissis infertur, an sit aliqua seruitus, quę vere sit iuris naturalis, & à natura ipsa instituta? Et sane constat esse natura ipsa quosdam seruos. Nam secundum Aristotelem. 1. Polit. c. 3. & 4. minus sapientes, minus perfecti, natura ipsa serui sunt & sapientioribus subditi, vt ab eis regantur. etenim hominū genus deus sic condidit, vt essent alii in scientiis, & virtutibus superiores aliis. Plato itē, in dialog. 3. de legib⁹ cuius & Ioan. Stobæus sermone. 42. mentionem fecit, scribit, primam dignitatis rectam rationē esse, vt genitores vbiq̄ natis imperent: secundam, vt ignobilibus generosi. Tertiam vt iunioribus seniores. Quartam vt domini seruis. Quintam vt potentioribus imbecilliores seruiāt. Sextā quidē & omniū maximā esse, qua secundū naturā ignorātes sequi iubentur: prudentes autē ducere, ac dominari. Hæc Plato, cui & Aristot. accedit lib. 7. Polit. ca. 14. asseuerans, esse natura ipsa seruitutē iuuenis ad senē. diu⁹ Augustinus super Genesim, est etiam, inquit ordo naturalis in hominibus, vt seruiāt fœminæ viris, & filii patribus. quia & illic hæc

iustitia est, vt infirmior ratio seruiat fortiori. Hæc igitur in dominationibus, & seruitutib⁹ clara iustitia est, vt quæ excellūt ratione, excellāt dominatione. Cicero. 5. paradoxo proponit, prudentes esse liberos, stultos autē & insipientes seruos esse. quod & diuus Ambrosi⁹ probat super epistolā Pauli ad Colossenses. notāt & ex nostris Domini. & Preposi. in. d. c. ius gentiū. nu. 9. & ibi Card. à Turre Crem. art. 4. Imo. in proœmio Gregori⁹. col. 2. & Cœpola. de seruituti. 2. col. Hęc tñ seruitus nō est eiusedē cōditionis cuius illa, quæ iure gētiū ratione belli inducta est. qui. n. iure belli seruus est dñio alieno cōtra libertatē naturalē ita subiectus est, vt tanq̄ res quælibet, quę sua est à domino abalienari possit. l. 4. & qui ta. ff. de stat. homin. At seruitus, quā diximus natura ipsa cōstitui, nō pertinet ad coactionē, nec necessitatem, nec dominium: sed ad honorem & reuerentiā, senioribus à iunioribus, generosis ab ignobilibus: parentibus à filiis: marito ab vxore debitam: vel ad vtilitatem ipsius seruiantis: qualis est illa quæ imprudentis ad prudentem: minus sapientis ad sapientē dicitur. Qua de re Ioan. Driedo. de libert. Christi. libr. 1. pagin. 8. in hunc modū scribit. secundum ordinem cōditionis naturæ omnes in Adam à deo conditi sunt equaliter liberi ab omni malo, ab omni seruitutis incōmodo, mansif

L iii sent

sent quoque sub illo statu omnes homines pares secundum paritatem libertatis à culpa, et miseria: sed non pares secundum paritatem in talentis naturæ, in perfectione iustitiæ, scientiæ & prudentiæ. Si quidem alii magis, alii minus extitissent sapientes, & prudentes: fuisset quoque dominium quodam unius super alios, non pro suo ipsius comodo dominantis in illos tanquam in seruos, nec ut providentis & consulētis illorum miseris, & imbecillitati: sed ut consulētis, & dirigētis illos ad ampliorē sapientiam, disciplinā, iustitiam, & providentiam: atque utētis voluntariis obsequiis illorum obedientium, non solum absque omnes laboris molestia, sed cum gaudio cordisque lætitia: quemadmodum & iusti præfides nunc imperant, non cupiditate dominandi sed officio consulendi: & hoc naturalis ordo præscribit. Sic quoque deus hominum genus condidit, ut essent alii in scientia, & virtutibus superiores aliis: sed à coacta, & vili subiectione, à veroque dominio omnes fuissent equaliter liberi. Hætenus Driedo. cuius verba referre libuit, quia breuiter, & compendio quodam retulit diui Thomæ eruditissima responsa parte prima, quæstio. 96. articul. tertio & quarto. Sic & Aristot. lib. septimo. polit. cap. 14. sensim insinuat, totam hanc seruitutem naturalem ad utilitatem pertinere eorum, qui minus prudentes sint, ut à prudentioribus regan-

tur, & instruuntur perfectiori prudentia, & scientia. Thomas item in. 2. 2. quæsti. 57. arti. 3. ad secundum. inquit. Quod hunc hominem esse seruum absolute considerando magis quam alium, non habet rationem naturalem, sed solum secundum aliquam utilitatem consequentem, in quantum utile est huic quod regatur à sapientiori, illi quod hoc iuuetur. ut dicitur in 1. polit. & ideo seruitus pertinens ad ius gentium est naturalis secundo modo: sed non primo modo. Hætenus Thomas, qui hanc seruitutem minus prudentis ad sapientiore, institutum esse tradit ad utilitatem ipsius imprudentis: non ad eius vilem subiectionem. & quamuis ipse hanc seruitutem ad ius gentium referat, ex eodem tamen Thoma in dict. quæstio. 96. artic. tertio & quarto, satis palam constat, hanc seruitutem minus prudentis ad prudentiore, minus sapientis ad sapientiore, iuuenis ad senem, uxoris ad virum, filiorum ad parentes quæ ad honorem, & reuerentiam vel instructionem seruientium pertinet, institutam esse à natura: & statui innocentie convenisse. Quo fit, eam minime pertinere ad vilem seruitutis conditionem, quæ postea iure gentium stabilita est: cum ea subiectionem, & dominium contineat, utile quidem ipsi dominanti, & molestum ac miserabile seruienti: igitur seruitus à natura ipsa ordinata, quæ & in ipso innocentie statu obtineret,

neret, & obtinuit, non est miscenda huic miserabili seruituti: quæ iure gentium ob bella, & captiuitates inducta fuit: quod & Card. à Turre Crema. in. d. art. 4. explicat. unde plane intelligenda sunt & distinguenda quæ Plato in. d. dialogo. 3. de legib. veluti ex iure nature immiscuit.

Illud hoc in tractatu præmittendum non est, quod Christiani capti in bello, etiam iustissimo, à Christianis, non efficiuntur serui captiuum. Et ideo nec opus est hoc in casu lege Cornelia, nec postliminii fictione propter charitatem, quæ in Christo omnibus eius religionem professis communis est: sicuti, expressim adnotarunt Bart. in. 1. hostes. ff. de capti. Abb. in. c. ficti. in. 3. de iure iur. col. 4. & inibi Egidius à Bellamera nu. 20. Saly. in. l. ab hostibus. col. 2. C. de captiuis. Ioan. de Turra Rubea contra rebelles tract. 3. art. 10. regia. l. 1. tit. 21. par. 4. sed apud nos capti bello seruantur, præstitaque pecunia in redemptionis præmiū, quæ Greci *λύτρον* appellant, veniam recedendi impetrant facillime. sensere tamen Alciar. in. l. hostes. ff. de verb. signifi. & Claudius Cantuuncula in. §. ite ea quæ ex hostibus. inst. de rer. diui. prædictam communem sententiam inter Christianos obtinere: sicuti Bar. & qui eum sequuntur probarunt. at secus esse in xpianis captis in bello à Sarracenis, vel Turcis, quæ vere hostes sunt. nam hi quidem Christiani

dum ad hostibus captiui detinentur eius conditionis sunt, cuius iuxta ius civile capti ab hostibus Romanæ reipublicæ censebantur. & ideo opus esse fictionibus legis Corneliæ & postliminii: quod est maxime notandum. Nam & Ioannes. de Terra Rubea idem voluit, dum scribit Sarracenos veros hostes esse: & cum his bellum gerere, ut & olim Romani aduersus hostes gerebant. Ego sane video maximam esse discriminis causam inter bella Romanorum, & ea, quæ christiani aduersus infideles, quæ nos undique impetunt, gerimus. Quorum quidem infidelium aggressiones, non possunt aliqua ex parte esse licite: nec itidem defensiones: cum provincias Christiani nominis tyrannice, & perfide, ac crudeliter occupauerint. quam obrem nisi aliud lege humana statutum in specie sit, opinor erga Christianos captos à Turcis, vel Sarracenis non esse seruandas leges Romanorum, quæ de captiuis apud hostes loquuntur, nec esse necessarias fictiones legis Corneliæ & postliminii: quamuis in his, quæ possint in fauorem cedere captiuorum, æquissimum sit, imo omni ex parte iustum, easdem leges seruari. Nec enim reipublicæ christianæ conuenit, præter ipsam captiuitatis afflictionem, damnum aliud, aut detrimentum christianis apud Sarracenos, aut Turcas captiuis, irrogari. Ex his etiam apud me dubia est, & falsa quidem, opinio Anch. in



hæc reg. col. 13. vers. 3. quæro. Areti. in l. qui à latronib. col. ff. de testam. dū asseuerāt, christiāo apud sarracenos captiuo nō licere ab eis fugere, nisi cogatur ad infidelitatē. etenim ego cēseo iustē posse captiuū christiānū indistincte fugere, licet nō cogat ad infidelitatē: cū tyrānice, & iniustissimo bello captus fuerit. Imò & si captus esset apud hostes iustissimos liceret ei ad suos redire, ac fugere hostiū limites trāsgrediēdo: vt ipse notaui lib. 1. Vari. resolu. c. 2. nu. 10. & hæc quæ de seruis iure belli dicta sint, de quibus, qui ab hostibus capti seruitutē seruiunt iure gentiū procedēt à ratione ipsa naturali. Res autē capte in bello iusto, si immobiles sint præcipi, & regi bellū indicēti adquirunt: nec efficiuntur militis, aut ducis capiētis. l. si captiuus. §. 1. ff. de capti. gl. in l. diuus. ff. de iure fisci. Bar. in l. si quid in bello. ff. de capti. Alex. & Iason post alios in d. l. 1. ff. de adq. pos. in præc. nu. 10. & Mart. Laudēsis in tracta. de bello. §. 4. quorū opinio cōmunis est. Et probat in l. 19. tit. 26. par. 2. res vero mobiles capientiu efficiunt: sicuti iā nō semel adnotatū extat. debent tñ tradi duci exercitus, vt is ea diuidat inter milites iuxta cuiuslibet dignitatem, & merita, cuius militare. 1. dist. l. si qs pro redēptione. C. de donat. gl. in c. dicat aliqs. 23. q. 5. Bar. & Doct. modo hac in re citati. regia. l. 1. 27. & 19. tit. 26. par. 2. quo quidē iure

regio quinta pars eorū, quæ bello capta fuerint, regi debet. l. 4. tit. 26. par. 2. l. vlt. tit. 1. lib. 6. ord. quādoq; dimidia. l. 19. quādoq; tertia pars. l. 20. d. tit. 26. par. 2. deniq; in hoc erunt semper diligēter obseruandæ leges, & consuetudines legitime indicte secundum quas, vel principum decreta, firmaque & iusta ducum edicta res bello capte sunt diuidēdæ.

Quid vero dicendum sit de rebus captis ab hostibus, quæ tamen habuerunt dominum verū priusquam hostes eum spoliauerint: an sint restituendæ priori domino, vel efficiantur eorū, qui modo eas res abstulere à manu hostium? Et profecto quoties non virtute bellica, sed commercio dato redemptionis precio res aliena fuerit ab hostibus redēpta, dominus prior eam petere poterit, soluto precio redemptionis, & ei necessario restituenda est. l. ab hostibus. in. 2. C. de capti. l. in bello. §. si quis seruum. ff. eo. tit. quod si res virtute bellica ab hostibus sit erepta, & immobilis sit, priori domino est restituēda, tex. in signis in l. si captiuus. §. expulsis hostibus. ff. de capti. l. Pomponius. ff. de adq. rerum. domin. notat optime Francis. à Ripa in dict. l. prima. ff. de adquirend. posses. num. quinto. sed si res sit mobilis quibusdā visum est, eam non acquiri capienti: sed restituēdā esse priori domino. tex. satis elegans in dic. l. ab hostibus.

C.

de capti. §. serui autē. cui? auctoritate ita responderunt Io. Andre. in speculo. rub. de raptorib. Alex. in d. l. idē Alex. l. id quod apud hostes. ff. de legatis. 1. Pirrus post consuetudines Aurelianenses. ca. in capienti. in l. apud hostes. l. de il. Cōtrariū aliis videt verius: ne per mobile capta ab hostibus, nō esse restituēdā priori dño, auctoritate iurisconsulti in l. si quid bello. ff. de capti. si quid, inquit, Labeo, bello captū, in præda est, nec postliminio rediit. Paulus. imo si in bello captus pace facta demū fugit, dein de renouato bello capitis: postliminio redit ad eū, à quo priore bello captus erat: si modo nō cōuenierit in pace, vt captiuus redderetur. hæc iurisconsultus, vbi Bar. hæc opinio nō ex eo loco deducit, iuxta diffinitionē ipsius legis. Quidā tamen distinguendum esse cēsent: ita sane, vt prior sentētia obtineat, vbi res ab hostibus capta recuperatur statim, priusquā hostes eas deferant: tunc intra præsidia: quasi in ea specie nōdum fuerint factæ res istæ hostiū eas capiētiu: & ideo cū ab hostibus auferūtur sub dño prioris sunt: eaq; ratione debet ei restitui. argumēto tex. in l. 3. §. cum igif. ff. de vi & vi armat. & l. vlt. C. vñ de vi. Quod si ex interuallo res capta ab hostibus, fuerint ab eisdē denuo ablata, tunc sit vera posterior sententia: secundum Angel & Saly. colu. in dict. l. ab hostibus. Iason in dict. l. 1. num. 1. & sequē

ti. eundem Angel. in disputatio. ne incipienti. renouata guerra. adubio. & Marti. Laudēsem. de bello. §. 7. cui distinctioni suffragatur insignis regia cōstitutio penult. tit. 9. part. 5. Hanc tamen distinctionē Iason. in dict. l. id quod apud hostes. improbare conatur: & Francis. à Ripa. in dict. l. animum. 15. verā esse cēset in militibus nō habentibus à republica stipendiū: quasi in militibus habeantibus publica stipendia seruanda sit prima Io. Andre. opinio. per. l. ab hostibus. parte vltima. C. de cap. & hæc quidē procedunt, nisi in rebus quæ ius postliminii obtinēt, de quibus agit l. 2. ff. de capti. nam hæc res etiam ex interuallo ab hostibus receptæ priori dño restituntur. ex his patet huius questionis difficultas, quæ nondum certam diffinitionem habet. Ipse deniq; video iure ciuili Romanorū statutum esse, vt capta à latronibus, & piratis, quos nō esse iustos hostes veteres censebant, minimē efficierentur capientium, l. hostes. & l. latrones. & l. postliminium. §. à piratis. ff. de capti. l. qui à latronibus. ff. de testam. quo fit, vt si res, quæ per latrones capta fuerunt, à nostris militibus, recipiantur latronibus fugatis, vel deuictis, priori domino iure Romanorū restituēdæ sint: cum nusquam eas prior dñs amiserit. dict. lege. latrones. & est euidentis huius rei argumentum: quia nusquam

L v quam

quàm hæ res hostium captiuium propriæ effectæ fuerint.

Hinc mirum est, cur regia Partitarum constitutio distinctionem præmissam probauerit in his rebus, quæ non ab hostibus, sed à piratis auferuntur: cum in ea specie iure Romano ea distinctio fieri non possit. deinde illud constat iure Romanorū ex iure fere omnium gentium, vt hi cum hostibus æquò Marte certarent, ex aliisque rationibus, ac fortasse quod viri prudentissimi, etiam si existimauerint ab eis semper iusta moueri bella, & cum hostibus geri, censebant ex variis causis opinione salte, & bona fide ab iis, quos vere hostes iudicabant, sibi bella indicati, & ab eis indicta geri, statutum esse, vt homines & res à Romanis per hostes bello captæ hostium efficerentur: vere, & statim earum rerum dominium à prioribus dominis ad hostes trāsiret: quemadmodum & idem erat in rebus, & personis per eosdem Romanos captis ab hostibus. quod satis manifestū erit si diligenter responsa iuriscultorū de captiuis examinemus. Imo & Romani hoc ipsū ius captiuitatis, & postliminiū obseruare cōstituerūt cū his, qui nec latrones, nec piratæ, nec hostes publici esset, modo cū eis nullā amicitia nullū hospitii ius cōtraxisset. qua de re est tex. elegans in. l. 5. §. in pace. ff. de captiuis. i pace, inqt Pōponius, quoq; postliminiū datū

est. Nā si cū gēte aliqua nec amicitia, nec fœd? amicitia causa factū habemus, hi hostes quidē nō sunt: quod autē ex nō ad eos. perueit, illorū fit: & liber homo noster ab eis captus, fit seruus eorū. idēq; est si ab illis ad nos aliquid perueniat. hoc quoq; igitur casu postliminiū datū est. hæc iuriscultus.

At hæ leges apud Christiani orbis principes probatæ quidē sunt, & stabilitæ quo ad res bello iusto captas: nec possumus qui Christianā religionē profitemur inficias ire, quin res bello captæ per hostē inique, & tyrānice bellū indicentē, minimē à veris dñis, qui eas iure possidebāt ad hostes iure transferant: nec lege diuina nec humana in hostiū verū dñium trāsierūt. omnium etenim cōsensu receptū est, captā in bello effici captiuiū, modo id bellū iustū sit. vnde licet in bello per Christianos principes secū inuito ob præsumptam bonā hostiū fidē, leges Romanorū sint seruadæ, quo ad opinionē: tamē ex hoc nō arbitror in aīæ iudicio, res captas in bello, quod hostes sciūt iniuste indictū esse, et mala fide geri, ad eorū dñiū pertinere.

Nihilominus tamen mihi iure Romanorū magis probatur Angeli distinctio in hūc sane sensum, vt res à Romanis virtute bellica quæ sitæ, etsi ab hostibus iterū captæ fuerint, rursusq; à Romanis militibus è potestate hostium etiā ex intervallo ablata sint, priori dño sint omnino

omino restituendæ. iuxta. l. si quid bello. ff. de capti. adq; ea ratione non temere prædicta. l. ab hostibus in. seruis, qui virtute bellica quæsi sunt, loquitur, eleganter adiiciens horū, quæ bellico labore quæsi sunt, militē Romanū defensorem esse non dominum.

Nec ad has Romanorum leges quidquā refert Francisci Ripensis distinctio: cū hęc decisiones de militibus tractent stipendio publico militantibus. in his etenim militibus, qui nō habēt publica stipendia, vel non tenētur ex publico stipendio eos defendere, à quibus hostes res acceperunt, opinor adhuc locū esse Angeli distinctio, & iuriscultus responso in dict. l. si quid bello. quod si nō hostes, sed latrones aut piratæ in hac specie res habuerint, & ab his fuerint virtute bellica per milites nō habentes stipendia publica ablatæ, tūc fortassis cū res hostiū, aut captiuiū factæ nō sint, priori dño erūt restituedæ, modo his militib? iustā soluerit laboris, et expesarū mercedē.

Postremo, vt legē partitarū examinemus, quæ non tantū de hostibus, sed & de piratis, & latronibus publicis, quibus cū nō est, nec esse potest bellū illud, quod veteres Romani iustū, & publicū esse censebant, adnotandū erit potuif se cōstitutionē illam statuere, non quod res illæ factæ fuerint piratarū, postquam hi in tuto eas habuerint: sed quod demū captæ virtute

bella è potestate piratarū, fiat captiuiū ob exercēdos militū animos ad piratarū seu hostiū publicorū punitionem, & persequutionem. Et licet regia partitarū lex admittere debeat iuris Cæsarei interpretationē de rebus, quæ ius habent postliminiū iuxta. l. si quid bello. & l. 2. ff. de ca. & fortassis nō procedat in militibus habētib? publica stipendia ad defensionē prouinciarū, & prouincialiu: tamē lege belli, quæ probāda quidē erit, si qua est, poterit ea cōstitutio indistincte seruari absq; vlla iuris Romani & ciuilis interpretatione. quā ob rem in his cōtrouersiis diffinendis oportet viros rei militaris peritos, quiq; satis leges, & iura belli cognouerint, semper consulere: atq; ita erit hic tractatus de rebus bello adquisitis in foro exteriori, & interiori expendendus. qua de re aliqua tractat præter alios Thomas Grammaticus in decisionibus Neapolit. quæstione. 71. Hæc quidem longius, fateor, possent, ac diligentius, maturiusque tractari: nos tamen vt tractatui de restitutione eorum, quæ inique quæsi fuerint, seruiremus, hæc lectori breuiter exposuimus.

Ex. §. sequenti.

- 1 *Consilium, vel auxilium quando ad restitutionem obliget in conscientie iudicio?*
- 2 *Causa sine qua non: qualiter intelligenda sit, quo ad restitutionis tractatum.*
- 3 *Pluribus simul committentibus furtum, vel rapinam: an quilibet teneatur in solidum ad restitutionem?*
- 4 *Pluribus committentibus furtum, si vnus eorum restituerit solidum, an ceteri teneantur huic pro, equis portionibus satisfacere?*

§. Duodecimus.



Hactenus visum est qua ratione teneatur quis ad restitutionem iure acceptationis iniuæ: cuius tamē acceptationis iniuæ causa solet nō tantum tribui ipsi accipienti: sed & aliis, qui ei consilium, auxiliū, vel fauorem dedere, vt iniuæ acciperet rem alienam, damnumue alteri intulerit. de his oportune queritur an teneantur ad restitutionem: sit igitur conclusio hac in re satis iuribus, & rationibus probata. Teneatur ad restitutionē nō tantum is, qui iniuæ accepit, damnumue alteri intulerit, sed & is qui consilio, ope, auxilio, vel receptatione dedit acceptationi causam efficientem, quæ ipsam iniustam acceptationem efficiat. hanc sententiam eleganter tradit Diuus Thomas. 2. 2. questione. 62. art. 7. quem Theologi passim sequuntur præ-

sertim Caieta. inibi Floren. 2. parte. tit. 2. cap. 2. §. 4. Adria. in. 4. sent. tractatu de pœnitentia, & restitutione. cap. secundo dubitatur. Ioan. Maior. in. 4. dist. 15. q. 26. Sylues. verb. restitutio. 3. §. 6. Ioan. Medina de restitutione. q. 7. & 8. & probatur ea ratione quod qui causam damni dat damnū dedisse videtur cap. vlt. de iniur. cap. suscepimus. & cap. de cætero. de homicid. l. nihil interest. ff. de Sicariis. vbi Bart. to. & doct. quod & alibi sapissimè pro iuris regula traditur. Sed & in specie huic conclusioni accedit communis iuris vtriusq; doctrina, qua obseruatū passim est, consulentem ex consilio teneri ad eandem pœnā, quam delinquens pati debet, si alioqui non facturo consilium dederit. capitulo. nuper. de sentē. excommunicatio. vbi glossa. tex. in lege. 1. §. persuadere. ff. de seruo corrup. capit. sicut dignum. §. qui vero. de homicid. & glossa. inibi. cui similis in. §. ope. inst. de obliga. quæ ex delect. nas. quam dixit solennem esse Iason. in. §. actiones. numero tertio, de actio. tradūt Bart. in. l. saepe. ff. de verb. signi. Panormit. & ibi late Deti. in cap. 1. de offic. delegat. idē Deti. in lege. consilii. ff. de regul. iur. Franc^o in reg. Nullus. de regul. iur. in. 6. Felin. in dict. §. qui vero. pulcher tex. in. l. non solū. §. si mādato. ver. Attilicinus. ff. de iniur. igitur si quis alioqui non facturo cōsulat vel iniuæ rei aliene acceptationē,

ptionem, vel dationem damni, ad restitutionē tenebitur. qua in re quo ad restitutionē potissimū est obseruandū, an cōsiliū mouerit, vel induxerit alterum ad delictū. Hoc item probatur ex alia iuris Pontificii, & Cæsarei interpretū traditione: quæ dicit, dantem auxilium vel opem delicto & delinquenti, puniendum fore eadē pœna qua ipse delinquens, quando ope, vel auxilio causam dedit homicidio propinquam, & cooperatus est in delicto. quod colligitur ex. l. vnica. C. de rapt. virgi. & in capit. felicitis. vbi glo. verbo, simplici fauore. de pœnis. in. 6. tex. i. l. item Mella. §. si alius. ff. ad. l. Aquili. l. 10. tit. 8. part. 7. glo. in. l. nihil interest. ff. de Sicar. tex. in dict. cap. si cut dignum. §. qui verò. & §. illi etiam. vbi Feli. & Soci. conf. 188. vol. 1. col. 4. Abb. & Deti. in dict. ca. 1. de offic. deleg. Hippo. in. l. si in rixa. ff. de sicariis. nume. 34. Sallic. in. dict. l. vnica, folio vltimo. tradit Parisius conf. 152. & 154. nume. 20. lib. 4. Nec temerè in hac cōclusionē causam efficiētē requiro ad restitutionem: cōsiliū scilicet quod moueat, vel auxiliū quod cooperetur iniuæ acceptationi: sed vt effugerem Paludani sententiā, qui in. 4. sent. dist. 15. q. 11. col. 4. existimat, fore necessariā ad restitutionis obligationem, causam si ne qua non contingeret acceptio iniuæ: quasi velit nō esse restitutioni obnoxiiū, q̄ dederit causam

acceptationi iniustæ, quæ nihilominus eo nō dante causam cōtingeret omnino. cui & quidam alii accessere, quos tamen huius opinionis auctores minimè nominauerim, quippe qui videam eos diui Thomæ resolutionē probare, quæ rectè, & syncerè intellecta nequāquā iuuat Paludani sententiā: sicuti eruditissimè ostendit Caieta. in dict. art. 7. & constat apertissimè: nam si quis damnū alteri dederit, tenetur dubio procul ad restitutionē & reparationem damni dati, etiam si eo non dante damnum illud, nihilominus alii dedissent. quod Caiet. expressim probat: idē q̄ sensere Thomas et alii paulò antè nominatim citati. Quid enim refert quod me non occidente Titium: alter foret eum occisurus, si ipse eum occiderim: profectò parum. siquidē alter, qui Titium foret occisurus, si illū occidisset puniendus esset: atq; ita ego eodem modo puniendus ero. Hinc patet quo in sensu sit accipienda in hac quæstione causa sine qua non contingeret acceptio iniuæ. ea etenim est intelligenda quando causa mouet ad agendū actum, & in eo quidem agit ita vt ipsa sola sit causa actus nullo alio accedente: vnde consulens rapinam aliās non rapturo, tenetur quidem in solidum, etiam si eo non consulente, nō deessent, qui idem ei consuluissent, ac tandē rapina contingeret. cū satis sit, eam



eam rapinam contigisse causa consilii dati: quæ causa mouit ad rapinam, et sic egit in eo rapinæ actus, ut sufficiens causa rapinæ per cooperationem.

Secundo ex his erit adnotandum, quod plures dantes causam damno, aut acceptioni iniquæ: quia simul concurrunt in ea causa, tenentur in solidum: etiam si vno eorum deficiente nihilominus damnum datum fuisset. Nec enim magis potest dici vnus eorum causa damni quam alter. eritque huius illationis exemplum in pluribus simul consulentibus rapinam alioqui non rapturo, quorum quilibet consilio mouisset raptorem ad delictum rapinæ. quod quotidie poterit euenire in plerisque etiam ciuilibus negociis.

Tertio constat, pluribus concurrentibus simul in actione damni vno eorum consilio, teneri quilibet in solidum: licet vno eorum non eunte nihilominus damnum datum fuisset. quod in pluribus militibus contingit, quorum quilibet tenetur in solidum ad restitutionem eorum, quæ in bello iniusto capta fuerit, etiam si vno eorum non eunte in prelium, foret per alios damnum illatum, ita sane Caieta. explicat. idemque Adrian. & Medina verum esse censent, quibus suffragatur. glo. in l. si in rixa. ff. de fideiuss. ad finem.

Illud tamen prætermittendum non est, quod si res ipsa furto, ra-

pinam ablata ad cuius restitutionem ex pluribus tenetur quilibet in solidum, sit penes vnum, ille tenebitur in solidum in foro conscientie, & iudiciali: non tantum ratione iniquæ acceptionis: sed & ratione rei alienæ per eum possessæ. l. si plures. ff. de vi & vi arma. l. 3. §. hæres. ff. commodat. notat Barto. communiter receptus in l. 4. §. cato. 2. col. ff. de verb. obligat. Et tamen in hac specie in utroque foro quilibet sociorum in solidum tenebitur rem furto, aut rapina occupatam restituere. l. vulgaris. §. duo. ff. de furtis. & expressim quoad forum, & animæ iudicium, hoc ipsum responderunt Adrian. in dict. cap. secundo idem dubitatur. Florent. dict. §. 4. & 2. part. titu. 1. capit. 12. §. 12. Maior. in dict. a. quæstione. 26. & Ioannis. à. Medina. quæstione. 8. de restitutione. quorum opinio communis est secundum Syluestr. verbo. restitutio. 3. quæstione. 6. vno tamen horum restituente in solidum: ceteri à restitutione facienda damnum passo liberantur, authore Thoma. 2. 2. quæstione. 62. art. 7. quod & in foro iudiciali adeo certum est, ut nulla indigeat probatione. Quid si vnus ex pluribus ad damni restitutionem in solidum obligatus restituerit rem integram, an & ceteri eidem teneantur satisfacere?

4 & sane si qui restituit, rem ipsam ablatam in solidum acceperit, nihil tenetur socii criminis eidem reddere. Si vero

vero ad alium ex sociis res ipsa in solidum peruenit, is tenebitur omnino restituente reddere totum quod restituit. At reliqui socii rapinæ, & delicti auctores eque principales tenebuntur pro portione damni dati sibi competenti ad restitutionem faciendam ipsi, qui iam restituit, etiam si ad eos nihil peruenit: sicuti deducitur ex Thoma dict. art. 7. atque explicat late Ioan. Medina in dict. q. 7. idem docet. Caiet. dict. q. 62. art. 6. ex quibus & illud constat, quod si ex pluribus vnus sit principalis, qui alios non alioqui facturos induxit, hic tenebitur in animæ iudicio restituente, totum quod restituit ex his, quæ ad eum non peruenire, omnino reddere. Addit tamen Caiet. in eo casu, quo plures vno omnium consilio damnum dederint, tunc vno eorum restituente, ceteros pro portione eidem teneri ad restitutionem, vbi omnium consensus, & congregatio causam efficietem dederit damno, ad damnum ue induxerit: cum alioqui quilibet ex eis non foret id facinus absque aliis aggressurus. At si plures in datione damni concurrerint absque eo, quod vnus ab aliis causam mouentem habuerit, etiam si communi consilio, aut simul ut socii facinus fuerint aggressi: licet teneatur quilibet in solidum damnum passo ad restitutionem: non tamen tenebitur nec pro portione ad restitutionem vni ex sociis, qui solidum damnum reddidit, saltim de rigore:

quanuis æquum sit omnes pro equis partibus damnum socio restituente refarcire. ego tamen hanc Caieta. æquitate ad rigorem referendam esse censeo: & ideo existimo idem ex rigore agendum. Nam ex his pluribus quilibet tenetur in solidum, quia quilibet in ipso actu est eiusdem totius causa. alioqui cum plures in rapinæ actu conueniunt, nec tamen horum conuentus est totius damni causa: ex eo quod vno ex eis nolente ceteri nihilominus furtum, aut rapinam committerent, tunc non tenetur quilibet in solidum in conscientie iudicio: licet in foro iudiciali fortassis aliud obtineat propter poenam criminis: & ideo ea poenalis lex in animæ foro minime est admittenda: atque ita est intelligendum quod paulo ante adnotauimus vers. tertio constat. id etenim quod inibi probauimus obtinet, cum ex pluribus simul conuenientibus quilibet est causa totius damni: tamen si alioqui eis non conuenientibus ab aliis damnum datum esset: sicuti docet, & intelligit Ioan. Medina dict. quæstione. septima. cauendum tamen est, nam oportet rem istam ita exacte accipere, ut semper in iudicio interiori condemnatur consulens, vel auxilium præstans, vel socius in id damnum, vel damni partem cuius vere causa fuerit efficiens, vel mouens efficientem. arg. capitul. vlti. de iniur. Sic denique ad Caietani quæstionem quoties ex pluribus in conscientie



conscientiæ indicio vere tenetur quilibet restituere rem acceptam damnū passo, vel eius partem si vnus pro aliis soluerit, eidem est ab aliis, quos solutione liberauit faciendā pro æqua portione restitutio. obicitur tamen his, quæ diximus, quod humana lex videtur actionem solidam semel soluenti negare, ad repetendam à sociis, & participibus criminis partem aliquam eius, quod soluit: imo & ad repetendū ab eo, qui princeps fuerit criminis, quiq; alios minimè facturos ad id induxit: hæc autē denegatio fit in criminis poenam: & ideo ambiguum est, an in foro animæ idē quod in exteriori quantum ad hanc denegationem sit dicendum. hoc vero examinauimus superius. §. 2. numer. 7. & octauo.

Quanto principaliter inferitur, quod consulens rapturo alioqui centum, vt & alia centum rapiat: non tenebitur restituere ducenta: sed centum tantū secundū Adri. in dict. cap. secūdo dubitatur. sed et si rapturo alioqui centum consulat quis, vt ducēta rapiat, adhuc ad centum solum, non ad ducēta tenebitur: quemadmodum Ioan. à Medina contra Adrianum adnotauit.

Quinto deducitur ex his, falsam esse distinctionem Panormi. qui post Innoc. in capitu. sicut dignum. de homici. num. 15. scribit, consulentem teneri ad restitutio-

nem totius damni: at præstantem auxilium teneri tantū ad damni partem, quæ ex eius auxilio processerit. Est etenim hæc differentia omnino falsa: siquidem vel consulens, vel auxilium præstans absque vllō discriminē tenetur ad damnum, cui consilio vel auxilio, causam dederit. vnde si cōsiliū fuerit causa totius damni, consulens tenebitur ad totum damnū, si partis, ad partem: sic & auxilium præstans tenebitur ad totius damni satisfactionem, si causam auxilio dederit toti damno: si vero parti: tantum tenebitur ad damni partem. quod perpendit Ioan. à Medina dict. q. 8. tametsi Syluester. verbo. restitutio. §. sexto. parum diligenter hanc differentiam examinauerit.

Haftenus de secunda relectionis parte: à qua tertiam breuiter attingemus: quo perfectior sit restitutionis tractatus.

Tertia Relectionis

Pars.

- 1 Tenetur quis ad restitutionem ratione rei per eum posse, quia aliena est, licet ini- que non acceperit. Et quid de fructibus bona fide possessoris perceptis?
2 Furtiua rei emptor mala fide, tenetur ad restitutionem eius, si extet: & ea perempta ad aestimationem: etiam si res sit de his, quæ functionem cum suo genere recipiunt.

3 Fur-

- 3 Furtiua rei emptor bona fide, tenetur ad eius extatis restitutionem: ea vero alienata, ad id in quo factus sit locupletior.
4 Dubitans rem furtiuam esse, an possit licite eam emere.
5 Furtiua rei emptor eo tamē animo, vt eam domino restituat: an possit precium à domino repetere?

Vltima Relectionis

Pars.



In hac deniq; vltima huius relectionis parte, secunda regula est exponēda, quæ licet à prima plerunq; in eius exēplis deducatur, tamē quia rationem distinctam habet: specialem locum exigere videtur. sit ergo regula satis iure probata. tenetur quis ad restitutionem ratione rei, quæ aliena est. Nam si quis rem alienam possideat, tenetur eam domino restituere ex eo solum, quod aliena sit, quāuis nulla præcellerit iniqua acceptio. & tandem si rei alienæ possessor sciuerit, eā alienam esse: ex eo quidem iam efficitur malæ fidei possessor. lege. qui bona fide. & in lege bona fidei. ff. de acquir. rer. domi. & ideo iam tenetur hic possessor restituere ratione acceptiois iniquæ: quæ ab eo deducitur, quod cum ratione rei teneretur rem alienam restituere, & non restituit, inique

detinet, & illicite rem accepisse videtur.

Sed tamen ex regula quaeritur, an is, qui ratione rei tenetur restituere, idem teneatur ad fructuum restitutionem? cui quaestioni ita respondendum esse censeo, vt possessor bonæ fidei non aliter teneatur in animæ iudicio ad fructuum restitutionem, quam in foro exteriori per humanas leges tenetur. Hæc siquidem leges, quæ de fructibus restituendis tractauere, quo ad bonæ fidei possessorem iustissimæ sunt: eaq; ratione & in animæ foro erunt omnino seruanda: quod sentiunt Caieta. 2. 2. quaestione. 62. art. 6. Syluest. verbo. restitutio. quaestione. 7. Ioan. Maior. in .4. sent. dist. 15. q. 26. ad finē. Qui autem fructus à bonæ fidei possessore sint restituendi, passim plerisque in locis traditum est: & nos scripsimus lib. 1. Variar. Resolutio num. cap. 3. numero. 6. cum sequētib; post Panorm. in capitu. grauis. de rest. spoliat.

Secundo quaeritur de eo, qui rem furto ablata à fure, vel ab alio habuit, an teneatur eam in iudicio animæ domino reddere, etiam nō petenti, nec soluenti precii, quod pro ea furi, vel alteri datum fuerit: qua de re sit prima conclusio.

Qui certo sciēs rem furtiuā esse, eā emerit, alioquē titulo habuerit, tenetur ad eius restitutionem, eā quidem extante: ea vero perēpta ad eius iustā aestimationem. hoc

M proba-

probat in l. eos. C. de furtis. in l. seruus. ff. de condic. indeb. ca. qui cum fure. de furtis. vbi doctor. optimus tex. in l. 6. tit. 13. libr. 4. Fori. late. Ioan. Lupi. in rub. de donatio. §. 65. nume. 5. ratione autem constat hæc conclusio, quia is malam fidem habet, ac particeps est furti, & sic acceptationis iniquæ: sicuti in præcitatæ locis expressim constat: notatq; Diuus Thomas. 2. 2. quæstione. 62. art. 7.

Cæterum Ioan. à Medina de restitut. q. 10. fere ad finem, hanc opinionem veram esse censet in his rebus, quæ vsu non cōsumuntur, nec recipiunt functionem cū genere suo. Nam in his, quæ vsu consumuntur, ac functionem recipiunt, recipiēs à fure sciēter rē furto ablatam non tenetur ad eius restitutionem in iudicio animæ, nisi fur ex hac receptione efficiatur impotens, & minus idoneus ad restitutionem. quasi recipiens sciēter à fure rem furto ablatam quocunq; titulo, si ea res sit de his, quæ vsu consumuntur, & recipiunt functionem cum genere suo, nec per hoc fur maneat impotens ad solutionem, non teneatur ad restitutionem: quia non recipit à fure rem alienam: cum in ipsum accipientem fiat eius rei translatio domini. quo fit vt hic nec teneatur ratione rei, quod aliena sit, nec ratione acceptationis iniquæ: quia hæc acceptio iniusta non est, nisi quatenus damnū infert priori dño

quod ad restitutionem, & satisfactionē. ego sane scio à iurisconsulto in l. 2. §. 1. ff. si cert. pet. vbi mutui dationem expendit, scriptum esse, res quasdam eam conditionem & legem habere, quod functionem recipiant. Quæ quidem sententia varie ab interpretibus intelligitur: sed tamen res dicuntur recipere functionē in genere suo per solutionem magis quam in specie, quæ propter naturā, vel artis similitudinem recipiunt promiscuū vsu ita, vt vna possit vice alterius fungi. sicuti frumentū cum frumēto: vinum cum vino: oleum cum oleo, & his similia. vel plane res dicuntur functionē recipere in suo genere, quæ formalem & substātiāle habēt equi polentia, ita quidē vt vna res fungatur vice alteri? vniiformiter, & substāntialiter: sic quod non eadē res certa in indiuidua specie reddēda necessario sit: sed eadē res, & certa secundū verā, & realē substātiā genere, & qualitate solui possit. quemadmodū post alios explicat Carol. Molinē. de cōtracti. nu. 17. Hinc vero nō sequitur verum esse quod Ioan. à Medina scripsit: imo ea opinio falsa omnino est, quia hic recipiēs pecuniā, sit etenim de ea exēplū, furto ablatā, tenetur ratione rei, quæ aliena est, quocūq; tempore sciat eā furto ablatā fuisse, ad eius restitutionē. Nā et si fur pecuniā acipiēti tradiderit ea quidem traditiōe, & consumptione furis,

non

non transfertur pecuniæ dominiū in accipientē: nec à priori domino discedit. tex. insignis, quem ita omnium cōsensus interpretatur in l. rogasti. §. vlt. ff. si cert. pet. quo in loco apertissimi iuris est, in his rebus, quæ functionem recipiunt, cōsumptionē transferre dominiū earum, cū facta fuerit bona fide: alioqui si mala fide facta sit, posse rem apud quēcumq; extantē à domino vendicari: itē, & cōtra dolo consumētē dominus agit actione ad exhibēdū, quæ dominiū agentis præmittit, & realis est. Sic deniq; Bart. et Doct. iurisconsulti responsum interpretantur, idem probatur in l. nam & si fur. ff. eodem. vbi constat, tunc demū pecuniam furto ablatam effici recipientis à fure, cum eam is bona fide consumpserit. At si recipiens à fure pecuniam furto ablatam adhuc, & si bona fide recipiat, pecuniam alienā recipit, profecto nullo iure probari potest, quod is ratione rei, quæ aliena est, non teneatur ad restitutionem: imo tenebitur planē pecuniam illam extantem domino restituere, & ea consumpta mala fide, ad eius restitutionem: quanto fortius tenebitur is, qui ab initio sciens pecuniam furto ablatam fuisse, eam receperit: Sed & ratione iniquæ acceptationis & hic tenebitur: quippe qui nummos alienos, atque ita rem alienam, inuito domino contrectauerit, ideoq; furtū commiserit,

l. qui vas. §. si ego tibi. ff. de furtis. quæ probat, contrectantem mala fide rem alienam furtum committere, etiam si eam furto nō habuerit. cui decisioni maximè locus est, vbi qui cōtrectat, scit rē illam furto, aut rapina habitam fuisse. quo fit vt non admodum vera sit Ioan. à Medina hac in re sententia. cui obstat tex. satis singularis in dicta lege. Rogasti. §. vlt. Atq; inde sequitur præmissæ conclusionis extensio: quæ eam recipiendam esse dictat, nō tantum in rebus, quæ vsu non consumuntur, nec cum genere functionem recipiunt, sed & in his quæ ad mutui rationem pertinent, & functionem cū suo genere recipiunt.

Hinc etiam patet, comedentem simul cum fure res furto ablatas, scientem quidem & mala fide, teneri in animæ iudicio ad æstimationem illius partis, quam comedit: non in solidum: quia criminis participis non fuit. tamen si in foro iudiciali is condemnabitur in solidum in pœnam illius criminis, quod commisit ex illa furis in re furtiua societate. l. eos. C. de furtis.

Secunda conclusio. Qui rem furto ablatam, bona fide quocunq; titulo habuerit, tenetur quidem ratione rei, eam extantem domino restituere: ea vero bona fide consumpta, in id tantum, in quo factus fuerit locupletior. Hæc palam deducitur ab hac secunda re-

M ii gula,

gula, quā modo cōstituimus: & rationibus satis frequentissimo Theologorum, & Canonistarum consensu, probata extat.

Ab ea prinū deducitur, ea re bona fide consumpta in cibū, aliumq; vsū necessariū cōsumētis: teneri eundē ad restitutionē eius pecuniā, quam ex proprio patrimonio in eū vsū cōsumpsisset vero similiter: nā in ea quātitate factus est locupletior: quod Caiet. exprefsim respondet in. 2. 2. q. 62. art. 6.

Secūdo ab eadē cōclusionē probat, emptorē rei furtiuae, etiā si bona fide emerit, in foro iudiciali cōdemnandū esse ad rei extantis restitutionē, nec à dño fore preciū ei reddēdū. l. inciuile. C. de furtis. l. si mancipiū. C. de rei vendicat. l. si debitor. ff. quae in fraudē credit. idē & in cōscientiā foro seruādū erit eadē ratione: sicuti in specie adnotarūt Caiet. ex Thoma in dict. artic. 6. Ioan. Maior in. 4. sent. dist. 15. q. 26. ad finem. Sylue. verb. restitutio. 3. q. 7. Ioan. à Medina de contract. q. 10.

Tertio patet, emptorem rei furtiuae, etiā si bona fide emerit: cū scierit rem alienā esse, non posse furi venditori eam restituere, ut ab eo preciū cōsequatur, si probabilis sit cōiectura, quod fur eandē re dño minimē restituet. quod Io. à Medina probat dict. q. 10. licet Alex. de Hales cui subscripsere Angel. verb. restitutio. 1. nu. 1. & Sylue. verb. restitutio. 3. q. 7. contrariū re-

spōderit. cui? quidē opinio admitte poterit, cū verisimilis sit cōiectura, quod fur rem dño restituet. vel emptor eū ad id agēdū induxerit, aut tandē modum adhibeat, quōtute res vero domino reddatur.

Quarto hinc procedit, quod emptor rei furtiuae, re qdē per eū alienata eo tēpore, quo bonā fidē habuit, nō tenebitur ad rei aestimationē, sed tantū ad id, quod è re ipsa ad eū peruenerit ita, vt factus sit locupletor. l. nā & hoc natura. ff. de cōd. ind. l. si me & Titium. ff. si cert. pet. vñ si re ipsam alienauerit pro eodē precio, quod ipse furi dederat in nihilū tenebitur. preciū etenim istud furtiuū nō est. l. Qui vas. in fine. ff. de furtis. quod si eā re pluris, quā emerit vēdiderit, tenebit ad restitutionē partis eius, quae excedit preciū ab eo furi datū. Sicuti nō emptionis titulo, sed donationis re furtiuā qs à fure habuerit, eāq; vēdiderit: preciū acceptū tenebit dño reddere. l. si re. ff. de petit. hered. quā distinctionē & in in cōscientiā foro recipiendā esse cēsēt Caieta. Sylue. Maior. & Medina in precitatis locis.

Quid autē de eo, qui dubitat re sibi donationis, vel vēditionis titulo oblatā, furtiuā esse, an poterit is iure eā accipere? & quidē nō semper qui dubitat re ab eo possessā alienā esse, tenet statim restituere. quia & si dubius sit rem illā propriam esse, vel alienam: certus tamen est, nec dubitat se non esse obligatū

obligatum ad restitutionem eiusdem rei: atq; ideo non habet dubium practicum, licet habeat dubium speculatiuū: quod alibi tractabitur. poterit deniq; qui dubitat rem furtiuam esse, eam accipere titulo emptionis, aut donationis: modo habeat animum restituendi eam vero domino, quoties eam esse alienam compertum fuerit. itaq; rem hanc ratione huius dubii bona fide quæsitam, & præmissa diligenti inquisitione, an furtiuā sit: poterit is alteri vendere, aut donare modo emptorē, & donatorem admoneat huius dubii, quod ipse habeat: alioqui si nō admonuerit tenebitur ad damnū, quod ex hac emptione, aut donatione emptori vel donatori venerit: cū fraude videatur vitiū rei tacuisse. Hæc Io. Medina dict. q. 10. ad exemplum eorum, quæ in materia de euictionibus passim traduntur a iuris vtriusq; professoribus. illud vero adnotandū erit, quod qui dubitat, rem esse furtiuam, poterit eam emere vt dixi: modo nō sit dubius an licite possit eam emere, absq; peccati culpa. Nam si de hoc dubitaret, ageret profecto contra dubium practicum, & sic contra conscientiam: atq; ideo peccati culpam dubio procul contraheret.

Cæterum si quis certo sciens rem furtiuam esse, eam emerit dato modico precio, eo quidem animo, vt re ita adquisitam vero do-

mino restituat: qui alioqui eam habere non posset: aut saltem probabilis coniectura minimē ea assequutus foret: quasi re domini vtiliter gesta, precium petere poterit à dño, cui res ipsa restituēda est: non tantū in foro interiori, sed & exteriori, secundum Hostiens. titu. de pœnit. vers. quid de prædam ementibus. Angel. verbo. restitutio. 1. num. 5. Ioan. Maiorem in. 4. sent. dist. 15. q. 26. ad finē. Sylue. verb. restitutio. 3. q. 7. Ancharr. in. huius regulæ cōmentariis. columna. 13. Cœpolam. cautela. 10. & Ioan. Lupi. in rub. de donatio. §. 65. numero. 57. optimus tex. quæ Gratianus Diuo Ambrosio tribuit in capitulo. rapinam. 14. questione. 5. Rapinam, inquit, emere non licet, nisi ea intentione, vt cui est ablata, restituatur. ex quo patet licere, ac laudādum esse, quod quis rem furtiuam à fure emat, vt ea domino restituatur. cum alio, qui fortassis fur cum re longe fugeret, nec dominus eam habere posset. re igitur vtiliter gesta, iniquum erit quod emptor precium amittat, domino rem ipsam euincente. Bald. vero & Paul. Castrensis in lege. 1. ff. de negot. gest. in ea sunt sententia vt opinentur, ementem rem furtiuam vt eam domino restituat, non peccare: sed tamē non habere eum actionem negotiorum gestorū ad precium contra dominum, nisi dominus ratam habuerit emptionem. quia



negotium istud pertinet ad dominum nõ re ipsa, nec ipso gestu, sed tantum rati habitatione. mihi profecto non displicet hæc sententia præsertim quæ in foro iudiciali difficilimè probabitur hic animus emptoris: & tamen admitterem in utroq; foro priorem Hosti. opinionem, si de hoc animo constaret, & emptio cederet in domini utilitatem, ex eo quod precium datum, fuisset modicum, essetque probabilis coniectura quod dominus rem istam nusquam habuisset, nisi emptor eam à fure emisisset. His etenim consideratis etiam iudex in foro exteriori dominum ad precium condemnabit: si quidem negari non possit, emptionem istam factam fuisse in eius utilitatem: & ideo negotium re ipsa ad illum pertinet: ac tenetur negotiorum gestorum actione precium emptori reddere, iuxta Hostiensis opinionem, quæ magis communis est.

Ex. §. sequenti.

- 1 Restitutio rei inuenta fieri debet: alioqui vel rapina, vel furtum committitur.
- 2 Restitutio rei inuenta domino fieri debet, vel pauperibus, si dominus facta diligenti inquisitione adhuc incertus sit.
- 3 Res incerta an sint pauperibus restituenda: & an possit per principem summum, debitor ab eorum restitutione liberari?
- 4 Intellectus Authent. omnes peregrini. C. communia de success. & num. precedenti.

5 *Examinatur iustitia regiarum constitutionum, quæ de rebus inuentis tractauerunt.*

§. Primus.



Vic secunde regulæ opportune congruit quæstio de rebus inuentis: qua quidem ratione debeant restituui: est etenim celebratissimus diui Augustini locus sermo ne. 19. de verbis Apostoli: apud

Gratianum item. 14. quæstione. 5. capitul. si quid inuenisti. quo manifeste assertum est, cum qui aliquid inuenerit, nec tamen restituerit, rapinam commisisse. ea namque auctoritate probatur, rem inuentam esse sub peccati mortalis culpa restituendam: & quod grauius est, rapinæ crimen contrahere, qui rem inuentam non restituerit. inquit enim Augustinus, si quid inuenisti, & non reddidisti, rapuisti. sed tamen hac in specie non est propria, & vera rapina: sicuti ostendimus secunda huius relectionis parte. §. 1. numero secundo. vbi rapuisti, exposuimus, id est illicite accepisti. ea vero illicite acceptio rapina non est, licet sit rapinæ similis. quod probat tex. in capitulo. multi. 14. quæstione. 5. quem Gratianus tribuere videtur diuo Hieronymo super Leuiticū: cum sit potius Origenis Homelia.

dia. 4. ad caput sextum in Leuitici. Nā & qui rem inuentam detinet, nec domino reddit, furtum committit, leg. falsus. §. qui alienum. ff. de furtis. quod verum est, vbi inuentor rem illam acceperit animo lucrandi sibi: vel quando sciens alienam esse, cuiusque eam retinet, vel negat, aut ea utitur. l. inficiando. ff. de furtis. tradit Iason in lege. re quæ nobis. colum. 3. ff. de acquir. poss. & Chassanæ. in consuetud. Burg. rub. 1. §. 3. col. 2. sed & præter hæc potissimum obseruandum est, tunc rem inuentam restituendam fore, cum ea res eius conditionis sit, quæ verisimiliter antea fuerit alicuius: quod si res inuenta sit talis, quæ ex probabili coniectura antea nullius fuerit, acquiratur inuenienti, nec est alteri restituenda. §. item lapilli. inst. de re. diuisio. Thomas docet, & inibi Caiet. dict. art. 5. Florët. 2. part. tit. 1. capit. 15. §. 2. igitur ex his apparet, rem inuentam restituendam omnino esse, nec posse ab eo, qui eam inuenit, iuste retineri. Verū si contingat, præmissa diligenti inquisitione minimè cõpertū esse, quis sit rei inuenta dominus, tunc restituenda erit res pauperibus. cap. non sane. 14. q. 5. & in hac specie adnotarunt Thomas, 2. 2. q. 62. art. 5. ad 3. ac post eum Canonista, quorum opinio cõmunis est secundum Syluestr. verbo, inuentum. cui suffragatur tex. singularis in authent. omnes peregrini.

C. communia de success. & ei con similis regia cõstitutio penulti. ti. 1. part. 6. quibus statutū est, quod bona peregrini morientis absque testamento per episcopum in pias distribuantur causas, si hæres legitimus nõ appareat. unde cõsequitur, re inuentam quæ verisimili cõiectura fuerit alicuius, nec tamen is certus sit, vt ei restitutio fiat, pauperibus, vel in pias causas distribuendam esse. nõ me latet viros aliquos diuini, & humani iuris peritissimos aduersus hanc vulgo receptam opinionem, quãdoque disputasse, & denique existimasse, iure communi seclusis prouinciarum & regnorum legibus, & cõsuetudinibus, posse re inuentam iuste retineri ab inuentore, qui præuia diligenti inquisitione, non potuit scire, quis sit rei inuenta dñs. horum opinioni patrocinatur, quod si quando pauperibus restitutio facienda est, id nõ iure naturali, nec diuino, sed humano tantum extat statutum: quemadmodum ratione satis sufficiens probauimus, in secunda huius relectionis parte. nu. 6. ius vero humanum, quod induxit, restitutionem faciendam esse pauperibus, locum obtinet in his, quæ illicite acquisita sunt: sicuti cõstat ex cap. cū tu. de vsur. & locis similibus. igitur in hoc casu, quæ tractamus, iure humano hætenus nõ est præcepta restitutio: siquidem rei alienæ inuentor diligenter inquirens, quis sit eiusdem rei dominus, non agit quid

M iiii illicitū

Inter- forke forke deso. suo. tu de. et per. m. q. 3. ad diu. vbi te. posse. ventu. peris. finere. in ven. m. tit. foro co. onho. vera di. q. u. sic. nec. m. temp. re. s. p. p. m. p. d. re. p. m. s. d. p. d. re. p. m. s. d. p. d.



Tertiæ partis relectionis

illicitum si eam interim sibi retineat, animo quidem inquirendi dominum, & restituendi propriam rem: quod modo diximus. sic denique, nisi ius humanum aliud statuerit, visum est, non esse necessariam restitutionem rei inuentæ pauperibus faciendam, sed posse eam detineri ab inuentore animo sincero, ut eam domino restituat, utque diligentissime eum inquireat. non obstat text. in dicto Auth. omnes peregrini. Nam in eo casu tractatur de bonis à certo eorum domino relictis intestato decedenti: cuius nullus hæres apparet: ideo nimirum quod restitutio fiat pauperibus, vel in pias causas bona distribuuntur, ad utilitatem ipsius defuncti. at in præsentis casu agimus de bonis alicuius, quem nescimus vel viuum, vel mortuum esse, vel an habeat certos hæres. Mihi sane communis sententia placet, quæ gloss. in hac regula, & in cap. cum tu. de usur. & ubique doct. sequuntur. Nec ad eius defensionem considero ipsorum pauperum fauorē: nā hic minimè sufficeret, sed animaduertendum esse cæseo, quod ubi compertum sit, aliquam rem non esse possidentis, quia eam illicitè adquisiuit, vel quia eam inuenit: & præterea eam rem dominum, licet incertum habere, faciēda est diligens inquisitio ad inquirendum, & sciendum quis sit eius dominus, cui sit faciēda re-

stitutio. quod si ea præmissa is nō appareat: tunc iuris naturalis ratio dicitur, rem istam non adquirenti: inio potius expendendam esse in utilitatem domini, cuius ea præsumitur mēs, ut si ei nō possit propria res restitui, expendatur quidem in eius utilitatem. Ergo in hac specie, quam tractamus etenim si iura humana nihil de pauperibus statuissent, nec de causa sapiæ fauore, naturali quadam ratione idem dicendum esset: quod ipse deduco à verbis d. Thomæ in dict. articulo quinto. ad tertium. & hanc esse veram rationem existimo Authen. omnes peregrini. siquidem inibi agitur de rebus, quæ certum dominum habuerunt, & quidem nunchabeant, nēpe hæredes ipsius defuncti: tamen si ignotum sit, qui sint hi hæredes, ad quos res ab ipso defuncto relictæ, pertineant. unde nulla mihi videtur congrua discriminis ratio inter hunc casum, & eum quem modo de rebus inuentis tractamus. sic tandem opinor veram esse communem sententiam. Nec diffiteor hanc rationem minimè conuenire illis constitutionibus, quibus statutum est, illicitè adquisita simul, & illicitè data, quæ & à dante, & ab acquirente ob criminis detestationem auferentur. at existimo per eas constitutiones in pauperum, & pietatis fauorem statutum esse, quod ea bona pauperibus distribuā-

§. Primus.

tribuuntur: vel in similem piam causam. potuere enim humanæ leges punire dantem, & accipientem: & pœnam ipsam pauperibus, vel piis causis erogandam, ac distribuendam fore, simul statuere.

Quam ob rem obiter hic quaeritur de potestate legis humanæ circa hæc incerta. & profecto in his incertis quæ iure humano pauperibus, aut operibus piis distribui iubentur: ex ea causa, quod nec danti sint restituenda, nec accipientes ea possint retinere, ob vtriusque turpitudinē, mihi apertissimi iuris esse videtur, principem summum, cuius legis auctoritate hæc pauperibus distribuenda sunt: quæ prius, seclusa humana lege, pauperibus non erant debita, posse res istas in alium pium, vel publicum usum expendere licite ex causa iusta vel lege generaliter lata, vel speciali dispensatione. Nam princeps is, qui veluti reipublicæ rector, & administrator, hæc pauperibus dari lege iussit, poterit & ab eisdem auferre, in aliamque publicam, aut vtilem reipublicæ causam expendere. Et hæc sit sufficiens huius conclusionis ratio. Hinc plane deducitur in his quidem rebus incertis, quæ hanc legem, & conditionem habent, posse eundem principem ex causa, per compositionem factam cum debitoribus, eos eximere ab obligatione restituendi pauperibus res incertas: cum hic nihil si-

at contra legem diuinam, nec naturalem: sed tantum contra legem humanam, cui princeps derogare potest. in aliis vero rebus incertis, quæ dominum iustissimum habent, nec ab eo derelictæ sunt, nec lege humana ex eius dominio ablata: sed tamen quia is dominus ignotus est, nec ei restitutio fieri potest, ratio naturalis dicitur, eas res expendendas fore in ipsius domini utilitatem: nēpe vel pauperibus, vel piis locis erogandas fore, ob spiritualem ignoti domini salutem, secundum Thomam dicto. articulo quinto. ad tertium. tunc sane opinor à summo principe posse libere commutari causam, in quam res istæ sint expendendæ: modò ea commutatio adhuc fiat in domini ignoti utilitatem, aut iuxta ipsius voluntatem, ratione quidem æqua præsumptam: non alias. Quid enim obsecro differt dominus alicuius rei sit ignotus, an absens ita, ut ad eum propria res deferri non valeat commode: nihil profecto: cum etsi dominus ignotus sit, tamen manifestum est, rem ipsam dominum habere, cui ob incertitudinem restitui non potest. at res domini absentis eo casu, quo ei restitui non potest, nec verisimiliter speratur huius restitutionis tempus opportunum, non potest, etiam auctoritate principis, in aliam causam expendi, quam quæ vel sit utilis absenti, vel confor-



Tertiæ partis relect.

mis eius præsumptæ voluntati: sic igitur idem erit in re, quæ dominum habet, quanuis ignotum, & incertum. quod videtur conueniens menti Thomæ, & Caiet. in dicta responsione ad tertium. ad hunc, ni fallor, modum est intelligenda sententia eorum, qui censerent, Romanum Pontificem liberam habere potestatem per compositiones, quas vocant, liberandi debitores ab obligatione restituendi res incertas: id est quarum domini sunt incerti, quam opinionem defendit Ioann. à Medina de restit. q. 3. causa. 11.

Non tamen inficior aliam esse rationem habendam circa intellectum Auth. omnes peregrini. Nam mortuo rerum domino ab intestato, cum is non exposuerit propriam voluntatem ad hoc, vt res post eius mortem distribuerentur, manet penes leges humanas libera disponendi facultas: & sicut humana lex potuit cognatos proximiores, ad hæreditatem intestati vocare: ita potest vxorem eiusdem, aut principem, aut pauperes: aliam ve pietatis causam: quod nemo doctus negabit. si quidem hæc successio intestatorum, iuris ciuilis libero arbitrio relicta est. & ideo poterit princeps ad bona intestati peregrini post eius mortem, vocare fiscum ipsum, vel principem. Imo ex causa poterit in his successionebus princeps statuere quod peregrini

testari non valeant, in fauorem ite peregrinorum, aut alienigenarum, quos lex ciuilis potest efficere incapaces successione, quo ad bona, quæ defunctus in ea prouincia adquisierit: & ea regi deferre: quod apud Gallos ita statutum est: sic uti testatur Guillel. Benedict. in capit. Rainuncius. verb. & vxorem nomine Adelasiam. num. 1042. de testam. Boerius in consuet. Bituricensibus rub. de testament. §. vltimo. & Rebuffus in proæmi. ad leges regias, glossa. 5. num. 82.

Ex prænotatis examinandæ sunt quo ad animæ iudicium regie constitutiones, quæ de rebus inuentis tractauerunt. Hæc bona vulgo appellantur mostrenca Hispano sermone, Græco vero dicuntur, ἀνεκδοτα, auctore Strabone libro. decimosextimo. vbi de Aegypto agens scribit, hæc bona ad fiscum publicum, & Cæsaris deferri. cuius meminit & Budæus lib. tertio de asse. est etenim apud nos regia l. 1. tit. 12. lib. 6. ordinat. qua cautum est, quod inueniēs re aliquam, quæ prius alicuius fuerit eam tradat iudici, vel illi, cui consuetudine, aut principis priuilegio, ius cõpetit recipiendi, & seruandi hæc bona, quæ incertum dñum habent: qui tandem rem illam recipiēs, quolibet, mense ipso die nūdinarum, in loco vbi fuit inuenta, publice dominum requirat per præconem, vsq; ad annum, & duos menses: vt si hoc tempore dominus rei certus sit, remque ipsam

§. Secundus.

ipsam petierit, eidem restituatur: alioqui eam vt propriam obtineat, qui eam recepit, dominiū que eius adquirat is, vel princeps, vel dux, Marchio, aut comes, cuius sit hanc rem adquirendi, propter domini incertitudinem. idē senserat. l. secunda. titu. decimoter tior. libro. 4. fori. est que similis fere consuetudo apud Burgundos: vti refert, & explicat Chassanę. rub. prima. §. primo. & sequenti. item & apud Aurelianeus titu. de fugitiuis, & errantibus. vbi statuitur, aut potius consuetudine inductum extat, quod dominus rei inuenta, possit rem propriam petere etiam post dicta præconia, & menses supradictos, modo nondum sit sententia iudicis lata, quæ ratione legis, vel consuetudinis rem inuentam principis, ducis, comitis, aut alterius dominio addixerit. harum ferme consuetudinum meminit Ioan. Faber. in. §. examen. Instit. de rerum diuisione. Sic licet iure Cæsareo statutum sit, res & bona eorum, qui naufragium patiuntur, a nemine occupari posse, nisi eo animo, aut dñis restituatur, nõ obstante quacumque consuetudine, quæ contrarium fieri permittat, Auth. Nauigia. C. de furtis. tamen apud Gallos dominus Prouinciæ, & territorii, ea bona vt oberrantia, & dominum incertum habentia, occupat, & sibi adquiret, secundum Guilielm. Benedict. in dict. capitul. Rainuncius. verb. & vxorem nomine

Adelasiam. num. 935. de testam. verum quod hanc consuetudinē attinet, ego igne fateor me prorsus iuxta æquitatis & iustitiæ reuerentiam, non percipere qua ratione, possit ea consuetudo defendi. Nam iniquam esse non dubito, nec video qua ex causa dubitari possit. Quid enim obsecro naufragus miser fecit, vt dignus sit amissione rerum, quæ ad ipsum lege naturæ pertinent? quid ite principem Christianissimum mouere potest, vt tam impiam, & crudelem consuetudinem probauerit, aut eam a iudicibus seruari permiserit? vnde Petrus Rebuffus in proæmio ad leges regias glo. quinta. nu. septuagesimo quart. scribit, nõ esse in conscientia foro tutos dominos hæc bona occupantes, plusque timendum esse deũ, vt vere à Catholicis plus timendus est ad præceptorum diuinorum obseruationem, quam humani legislatoris rigorem, & quidem iniquum.

De legibus vero huius regni solent etiam dubitari, an & hæc tutum reddant in cõscientia iudicio eũ, cui hæc bona fuerint addicta, ita quidem, vt vere dominus affectus sit rei inuenta, nec teneat priori domino eam reddere, si is postmodum eam petierit? Et quidẽ lex humana potest a priuatis rerum dñia tollere variis ex causis, vel in pœnas criminis comissi, vel ad ipsius rei publicæ vtilitatem, vel ratione legitimæ vsucapionis, aut



Tertiæ partis Relectionis.

quia res à dominis habentur pro derelictis, & ea ex causa potest lex earum dominium libere alteri dare. Sed in hisce rebus inuentis nulla harum rationum constitui potest ad priuationem domini: igitur non satis æque legibus definitum est, quod hæc bona alicui adiudicentur domino inuito, nec expendantur in eius utilitatem, aut in eam causam, quæ eius præsumpto consensui conueniat. sicuti modo ex diuo Thoma extitit adnotatum. consequens patet: antecedens vero probatur: quia crimen hic nullum contingit, nec à domino rerum commissum est, rei publicæ item utilitas non pertinet magis ad has res inuentas, quam ad eas, quæ certum dominum habent. Nec sufficit utilitas reipublicæ ad priuationem privati domini, nisi & eius æstimatio priuato reddatur, le. venditor. §. si constat. ff. commun. prædior. de quo & nos egimus libro tertio Variarum resolutionum. cap. decimoquarto. vsucapionis autem ius dubio procul æquisimum est, ne dominia rerum incerta sint l. prima. ff. de vsucapio. tamen exigit ex rectitudine iustitiæ, quod vsucapiens bonam fidem habeat & existimet rem ad eum pertinere: hæc autem existimatio in hac specie omnino deficit: vnde sufficiens non est vsucapionis causa. postremo autem quod de dereli-

ctis diximus, facillime re fellitur cum nihil hic minus congruat. etenim dominus rei inuentæ si posset eam repetere, & habere, maximo cum gaudio eam sibi potius vendicaret, quam pro derelicta relinqueret. atque ita præsumendum est, nisi res sit adeo modici valoris, vt derelictæ rei præsumptio iustè capi possit. Sic denique video iustius esse, quod hæc res inuentæ, & quæ certum dominum prius habuerunt, modo vero incertum habent, in utilitatem domini, aut in eam causam, quæ eius sit verisimilis consensui, expendantur, quam quod alicuius dominio adiudicentur, domino priori inuito: sicuti diu⁹ Thomas sensit in dict. articu. quinto. ad tertium. Quod si velimus adhuc ex rectitudine iustitiæ leges regias defendere: quæ fortassis defædi in animæ iudicio possunt: modo priori domino rem inuentam repetenti ius reddatur, fiatque etiã post præconia, & sententiã iudicis rei restitutio: est illud potissimum obseruandũ, ne vlla fraus fiat per iudicem, aut per eum, cui lege vel cõsuetudine, vel principis priuilegio, harum rerũ custodia tradita, aut delegata est. Nam & de iustitia harum legũ dubitauit Chassan⁹. in consue. Burgundiæ. dict. §. 1. sub rub. 16.

Ex. §. sequenti.

§. Secundus.

95

- 1 *Theaurus quis proprie, ac vere dicatur?*
- 2 *Theaurus ad quem pertineat, breui quadã distinctione traditur.*
- 3 *Theaurus in loco religioso, vel sacro inuentus, cuius sit: & inibi conciliantur duo iuris civilis contraria responsa.*
- 4 *Regia constitutio de thesauris defenditur, etiam quo ad animæ iudicium.*

§. Secundus.

SVperest nũc de thesauris agere, an & pecunia ex thesauro habita sit necessario restituenda, & cui, & an efficiatur inuenientis? est etenim Theaur⁹ pecunia ab ignotis dominis supra hominum memoriam reposita. l. nunquam nuda. §. thesaurus. ff. de adq. domini. thesaurus, inquit Paulus, est quædam vetus depositio pecuniæ, cuius nõ extat memoria: vt iam dominũ nõ habeat. sic enim fit eius, qui inuenit, quod non alterius sit. Alioqui si quis aliquid, vel lucri causa, vel metus, vel custodiæ cõdiderit sub terra: non est thesaurus, cuius etiam furtũ fit. hæc iuriconsult⁹. ideoque hæc pecunia dicitur, thesaur⁹, quasi reposita sit *eis æque* id est in futurũ: sicuti deducit Alciat. lib. 4. de verb. signifi. & lib. 7. parer. c. 1. atque auctore iuriscõsulto hæc pecunia quocũque in loco sit, in nullius bonis est, & ideo capiẽtis, & inuenientis efficitur, naturali quadam ratione, qua ea, quæ in nulli⁹ bonis sũt, vt auis & ferg, ca-

pietis sũt. §. Ferg. inst. de rer. diuis. His vero de dictiõnis cognitiõne præmissis, circa thesauri adquisitionẽ, sit hæc receptissima, simul & probatissima distinctio, vt thesaurus magica inuentus arte, in proprio etiã fundo, sit Cæsaris, & fisci. l. vnic. C. de thesau. lib. 10. l. nemo C. de malef. & Math. absq; arte vero magica inuentus, in proprio agro totus sit inuentoris, in alieno vero data tñ opera, totus domino fundi competat: fortuito autem inuentus pro parte dimidia domino agri, pro alia dimidia inuentori cedat. text. ita communiter intellectus in §. thesauros. instit. de rerũ diuis. idque Adrianus imperator naturalem rationem sequutus statuit, auctore Spartiano in Adriano Cæsare. quod & Iustinianus refert in dict. §. thesauros. eandem distinctionem sequuntur glo. Faber. Angel. & Doct. in dict. §. thesauros. & inibi è junioribus Claudijs Cantuincula: Ferrarius: & Eguinarius Baro, optimus tex. & ibi Doct. in l. 3. §. si in locis. ff. de iure fisci. l. si is qui. §. vlti. ff. de acquir. rer. domi. regia. l. 44. titul. 28. part. 3. tradunt idem Diuus Thomas. 2. 2. q. 66. art. 5. Florẽ. 2. par. tit. 1. c. 15. §. 2. Syluest. verb. inuentum. gl. & Car. à Turre Cremata in c. si quid inuenisti. 14. q. 5. & Chaf. in cõsuet. Burgundiæ. rub. 1. §. 1. num. 7. & sequentibus à quibus variæ hæc de re quæstiones traduntur. Potissimũ tñ hoc in tractatu dubiũ



Secunda partis relect.

biū est, quo nam modo conciliari valeant duo iuris ciuiliſ responsa: quæ de Thesauro inuento in loco religioso, contraria planè respōderint. siquidem in. l. tertia. §. si in locis. ff. de iure fisci. Callistratus scribit, thesaurum inuentū in loco religioso, pro parte dimidia fisco cedere: at Iustinianus in dicto. §. Thesauros. respōdit, thesaurum inuentum in loco religioso, fortuito tamē, totum inuentoris esse: idque tribuit Adriano Cæsari: cū Spartianus hoc subticuerit. idem quod respondet Callistratus probatur in libro feudorum in capi. primo. quæ sint regalia cæterum Accursius in dict. §. si in locis. & in dict. §. thesauros. hanc antinomiā dissoluere conatus, intelligit Iustiniani decisionem secundum naturalem æquitatem, ex qua ea quæ in nullius bonis sunt, capientis efficiuntur: Callistrati vero sententiam secundum rigore iuris procedere censet, qui hoc in casu præualere debeat equitati. Ego hanc conciliationem minime probo, quippe qui non esse verisimile censeam Iustinianum in suis illis institutionibus, quas edidit, vt iuuenes iuris principia acciperent, falsam vel iure ciuiliam derogatam sententiam, tradidisse, quam ob rem idem Accursius in dict. §. si in locis: intellexit textum ibi, quando thesaurus fuit inuentus data opera. §. vero. Thesauros. ybi inuentio thesauri fortuito cō-

tigerit. Et profecto ita verum est quod Iustiniani locus de thesauro fortuito inuento tractat: sed quod callistrati responsio sit intelligenda, de thesauro data opera inuento, falsum est, præterquam quod hæc interpretatio maximam diuinationem habeat. Etenim in dicto. §. si in locis. æqualis decisio ponitur in thesauro inuento in loco sacro, religioso, in prædio publico, in prædio Cæsaris patrimoniali, vel fisci: & ideo in omnibus his eadem esse debet determinatio. Et tamen constat thesaurum inuentum in prædio Cæsaris patrimoniali, vel fisci, data opera: nō pro parte dimidia tantum, sed in totum Cæsaris, vel fisci esse, quod & ex ipso Iustiniano apparet, qui semper de thesauris tractat diuidendo, cum is inuentus sit fortuito: quasi vbi sit inuentus data opera, is omnino, & in totum pertineat ad fundi dominum. vnde certissimum hinc esse censeo, non posse iurisconsulti responsum in dicto. §. si in locis. intelligi de thesauro inuento data opera: sed necessario procedere in thesauro fortuito inuento. quod palam est.
 Tertia igitur ratio ad dissolutionem huius antinomiæ, ita constituitur, vt Iustiniani sententia obtineat in thesauro inuento in loco sacro, aut religioso, proprio: tamē ipsius inuentoris: licet etenim cuique locū religiosū propria auctoritate facere

facere inferendo mortui corpus. §. religiosū. Inst. de rer. diuis. cū in diuersis. ff. de relig. & sūpt. funer. sacrum autē priuata auctoritate fieri nō potest: sed necessaria est auctoritas publica. §. sacra. inst. de rer. diuis. eadēq; auctoritate publica licebit priuato illū locū obtinere. Sic deniq; ob id quod locus ille sacrum vel religiosus paulō antē priuatus fuerat ipsius inuentoris, ab ipso que possidetur, thesaurus inibi inuentus in totum ei cedit. tex. tamē in dict. §. si in locis. procedit in loco sacro, aut religioso, qui inuentoris non est, nec antea fuerat, nec ab eo detinetur. atq; ita Claudius Cantuncula in dic. §. Thesauros. hanc difficultatē explicat. cui quidem accedendū non est, quia eius interpretatio diuinationē item habet. Et præterea, quia loca sacra in nullius bonis sunt. §. nullius. inst. de rer. diuis. religiosa autē secundū veterem iuris ciuiliſ significationem, quo ad ius sepulchri: nō quo ad alia, in priuatorum dominio esse videntur: sicuti in dict. §. nullius. probatur. vnde parum sufficiens hæc ratio est, vt thesaurus in loco sacro, vel religioso inuentus ab eo qui locū religiosum fecit, vel sacrum fieri consensit, in totū adquiratur. deinde apparet, non aliter Iustinianum locum sacrum, vel religiosum accepisse, quam Callistratus acceperit. quo fit, vt satis nodosa sit hæc iuris ciuiliſ antinomia. Fortassis illud potius, ac con-

gruetius est, quod Iustinianus Cæsari respōdo Callistrati iurisconsulti discesserit auctoritate legis ab Adriano lata: atque ideo sententiam iurisconsulti in dict. §. si in locis. sublatam esse, & correctam a Iustiniano in dict. §. Thesauros. secundum quem, thesaurus inuentus in loco sacro, vel religioso ipsi inuentori queritur: nec eius aliqua pars fisco, aut reipublice debetur. quasi hæc loca in nullius bonis sint, & iure publico censeantur: quam interpretationem sensit veram esse Angelus Areti. in dict. §. Thesauros. & probat inibi Eguinarius Baro. His accedit opinio Cini & Baldi in. Litem lapilli. ff. de rerum diuisione. Et Chiffangi in dicto. §. primo. qui scribunt, Thesaurum inuentum in loco publico, qui in nullius bonis sit, totum fieri inuentoris, nec eius partem aliquam fisco cedere. ergo eadem ratione thesaurus inuentus in loco sacro, vel religioso, que quidē loca publica sunt, nulliusq; in bonis esse censetur, totus fiet inuentoris. Nō obstat quod de prædio fiscali, publico, vel Cæsaris scriptum est in dicto. §. Thesauros. & in dict. §. si in locis. quia id intelligendum est non de locis publicis, quæ in nullius bonis sunt, vt platea, via publica: sed de locis que ipsius reipublice, Cæsaris, fisci, aut ciuitatis: ita propria sunt, vt est fundus Titii, nec sunt omnibus communia: in his etenim dimidia

Handwritten marginal notes in the right margin of the left page.

Handwritten marginal note at the bottom of the right page.



Tertiæ partis relectionis.

dimidia pars Theſauri aut fiſco, aut Cæſari, aut ciuitati iure domini debetur: quem ſenſum probat regia partitarum. l. 44. tit. 28. par. 3. non tamen inficior Doct. ſentire contra Baldi opinionem, Theſaurum inuentum in loco publico, qui nullius ſit, pro dimidia parte fiſco cedere: & id deducere videntur à dic. §. ſi in locis. quo deciſum extat theſaurum inuentum in loco religioſo, aut ſacro pro parte dimidia pertinere ad fiſcum: & deinde ab eo quod de theſauro inuentum in loco publico idem ibi & in dic. §. Theſauros. ſtatutum eſt. ſed nos de loco religioſo Iuſtiniani ſententiam elegimus: de locis autem publicis reſpondimus, id intelligendum eſſe in locis publicis, quæ rei publicæ ſunt iure domini ſpecialis, non de locis quæ publica, & communia ſunt nullius dominio ſpeciali ſubdita.

Sed apud nos, qui loca religioſa, & ſacra alia ſignificatione accipimus, et interpretamur, opinor theſaurum in loco religioſo, aut ſacro inuentum pro ea parte ad eccleſiã eiusque prælatum pertinere, pro qua ad priuatam, qui dominus illius loci fuiſſet, omnino ex legibus deferendus eſſet, ſi locus ille non religioſus, ſed priuati domini foret: ſicuti adnotarunt Angelus in dicto. §. Theſauros. Ange. & Sylueſt. verbo. inuentum. §. quarto. contra gloſ. in capit. ſi quid inueniſti. decima quarta. quæſtione. quinta

sibimib

quæ etiam hodie in locis religioſis ſeruandam eſſe cenſet Iuſtiniani deciſionem.

Postremo illud eſt obſeruandum lege regia. ſeptima. titul. 12. libr. ſexto. ordinat, ſtatutum eſſe quod theſauri quocunq; in loco inuenti fuerint, regi acquirantur, data quinta eorum parte ipſi inuentori. Et licet in vulgatis codicibus quartæ partis fiat mentio, in antiquis tamen exemplaribus manu ſcriptis, quinta tantum pars inuenienti deferretur. & licet ea conſtitutio, vt quidam opinantur, poſſit iuxta veterem partitarum legem intelligi, tamẽ fere totius orbis conſuetudine inductum eſt, quod Theſaurus ad reges, & ad fiſcũ pertineat: quod præter alios teſtantur Paludan. in. 4. ſentẽ. diſtinct. 15. quæſt. 3. arti. 5. & Florẽ. 2. part. tit. 1. cap. 15. §. ſecundo. Hanc tamen conſuetudinem damnat Sylueſter verb. inuentum. §. ſexto. dicens eam eſſe contra naturalem æquitatem, quæ dicat, ea quæ in nullius bonis ſunt, primo occupantis fieri. vnde aſſeuerat, hanc conſuetudinem, legesque humanas illi ſimiles in animæ iudicio non obligare. Sed eius ſentẽtia falſa eſt: nam & præter alia, profecto ſi hæc conſuetudo in conſcientiæ iudicio non ligat, nec in exteriori ligabit: ſi quidem eadem ratio, quæ eam iniquam eſſe probat in foro animæ, dicat itidem iniuſtã eſſe in foro exteriori. Sed conſuetudinem

§. Secundus.

tudinẽ iſtam probandam eſſe, iuſteque induci poſſe cenſet Caiet. in. d. q. 66. art. 5. Palu. itẽ & Florẽ. eiuldẽ opinionis eſſe videntur: dũ eam referunt, minime improbant. Ratio autẽ, qua eam iniquam eſſe opinatur Sylueſter, ſufficiens nõ eſt. etenim ratione naturali ea, quæ in nullius bonis ſunt, primo occupantis efficiuntur, vt ſatis cõſtat nõ tamen ex hoc tollitur poteſtas principibus, quibus adminiſtratio rei publicæ cõmiſſa eſt, quin poſſint ea, quæ in nullius bonis ſunt, alicuius priuato dominio applicare, poſtquam applicationem, qui ea occupauerit, non occupat quæ nullius ſunt, ſed quæ iure humano dominũ habent: quod Cõrad. tradit in tract. de contractib. par. 1. q. 8. & 9. ac potiffime. 10. qua ratione theſaurus priuſquam inueniatur, poterit per leges humanas alicui applicari, vel in ſolidum, vel quo ad partem: ſicq; applicatus dari debet his, quibus lex humana iuſſit, & ſtatuit dandum eſſe. Præterea cõtra Sylueſtr. vrget ratio ſatis firma. Nam ſi ratione naturali theſaurus ſit primo occupantis, quia in nullius bonis eſt, & proderelicto habetur: eademque ratione cenſuit Sylueſt. iniquam eſſe legem, quæ Theſaurum ad fiſcũ pertinere ſtatuert in totum: eodẽ profecto iure deducitur, iniquam eſſe legem, quæ Theſaurum inuentum in fundo alieno, pro parte dimidia ſtatuit ad agri dominum

pertinere: non ad inuentorem. Cũ dominus fundi non habeat ius aliquod ad ipſum Theſaurũ, nec ad eius partem: ſiquidem in nullius bonis ſit, & ideo primò occupantis fiat: & tamẽ nemo vnquã damnauit leges, quæ ſanxere dimidiam Theſauri partem dãdam eſſe domino agri: imo eas probauerunt, & vt iuſtas admiferunt Diuus Thomas dicit. quæſtione ſeptuageſima ſexta. articulo quinto. ceterique Theologi, qui hac de re hæctenus tractauerunt. lege vero naturali nulla Theſauri pars domino fundi debetur: non magis quã ſi quis rem propriam in agro alieno derelictam dimittat: illa etenim res non pertinebit ad agri dominum, ſed ad eum, qui primo illam occupauerit. Quo ſit, vt quem admodum lex potuit dimidiam Theſauri partẽ dño fũdi addicere ita etiã poſſit eandẽ partẽ vel totũ Theſaurum fiſco, vel regi ad onera rei publicæ ſuſtinenda, ſoluedum, ac reddendum eſſe ſtatuerẽ.

Hæctenus de vltima relectionis parte. cetera, quæ poſſent huic tractatui cõuenire, diximus. 3. variar. reſol. lib. dum de contractibus vſurariis tractauimus: & de rebus adquiſitis per vſucapionem tradem^{us}, deo duce, in reg. poſſeſſor maleſidei. cuius relectionem ſtatim in publicum emittemus.

Relectionis. Finis.



✻ EXCVDEBATVR SAL-

manticæ in Officina chalcographi-

ca Andreæ à Portonariis, Typo-

graphi multò acuratissimi: an-

no à nato Seruatore, ter-

tio & quinquagesimo

supra Mille Quingē

tos : duodeuige-

simo Calēda-

rum Ianua-

riarum.





Portat Aue Christo, atq; ita, Portonarius, Alma:



Huic, poscat: Illi, velit vt donare salutem.







